305.

XXVI

536

36-2ª

communem opinionem, Surd. latè conſ. 10. nu. 18. 29. &c ſequentib. lib. 1. Menoch. conſ. 947. num. 5. conſ. 10 num. 5. &c ſequentib. conſ. 1130. n. 7. &c lib. 4. præſum 188. num. 5. &c 6. Peregrin. de fideicom. art. 4. num. Intigri. de ſubſtitut. cent. 3. quæſt. 73. num. 14. vbi dic hanc eſſe communem, &c receptiorem opinionem, Cæſ Bartius deciſ. Bonnonieñ. deciſ. 121. num. 3.

Y eſto, *quin teneatur quartam reſeruare fideicom miſſario*; luego en Aragõ (q̃ no la ai) procede de llan Siendo eſto aſsi, ſolo me queda que probar, como Mi guel de Arañon diſpuſo de todos los bienes de Cam en lo comunicado, con que el fideicomiſſo quedarà ex tinto, y excluida la pretenſion de la parte cõtraria. Qu diſpuſo, es ſin controuerſia, pues muriò con ſu vltim teſtamento, exhibido en el proceſſo, en que inſtituyò ſus herederos de todos ſus bienes, &c. Y haziendo eſt

*ſeqq.Roland.conſ.*34.*num.*86.*lib.*4.*Peregrin. de fi-
icom.art.*40.*num.*57.*& art.*52.*num.*46.*Cæſar Bar-
deciſ.Bonnon.*96.*num.*27.*& ſequentib. Fuſar.de fi-
icom.ſubſtit.quæſt.*150.*num.*10. *vbi plures refert , ac
iam quæſt.*193.*num.*34.

En los miſmos terminos de nueſtro caſo *Seſſ. deciſ.*
8.*n.*8.ibi: *Sed maior eſt difficultas an ſi habens facul-
item diſponendi de aliqua re non diſponat expreſſè de
acultate, ſed generaliter de omnibus bonis ſuis , & ſic
n diſponendo verbis generalibus de omnibus bonis ſuis
enſeatur diſpoſuiſſe de facultate, & re in facultate cō-
rehenſa, & eſt dicendũ, quod ſic, maximè ſtantibus con-
ecturis.* Y proſigue en el *nu.*10. *Prout id etiam fuit iu-
licatum in Regio Conſilio huius Regni, in proceſſu Em-
nanuelis Zapata, & Domna Anna de Vrrea.*

Procede todo lo dicho, *maximè*, quando el grauado

bi: *Poſſe tamen in totum ſi vlterius fuerit alienandi po*

Procede todo lo dicho, *maximè*, quando el grauado

bi: Poſſe tamen in totum ſi vlterius fuerit alienandi po
eſtas expreſsim conceſſa, Surd.conſ.357.num.27. libr.
.& melius conſ.10.num.29.& conſ.430.Iaſon conſil.
32.in vltimo dubio,columm.fin. vol.2. Cæſar Bartius
leciſ.121.num.42.& ſeqq.

Multo magis, ſi el grauado vſa en ſu teſtamento de palabras mui generales, *Fuſar. de fideicommiſ. ſubſtit.* *uæſt.550.num.13.* ibi: *Fortius hoc dicendum eſt, ſi in-*
ſtitutio facta eſſet, vt fieri ſolet verbis multum vniuer-
ſalibus de omnibus bonis iuribus, & actionibus, nam ſer
no vniuerſalis tantum operatur, quoad omnia compre-
enſa ſub genere, quantum ſpecialis, quoad comprehen-
a ſub ſpecie.

Et præcipuè, ſi ai congeturas, de que el grauado uuo animo de diſponer, como las ai manifieſtas, pues

Mi-

extinguio el reſiduo, ſin que los llamados a el pueda
yà tener ningun derecho, & *præcipuè*, en Aragon vb
ſtandum eſt chartæ, *Bartul. in l. peto, §. fratr. ff. de le*
gat. 2. l. ſi ita quis, §. ea lege, & ibi alij, ff. de verb. oblig
Curt. in authent. res quæ, num. 24. Cod. commun. de leg
Zucard. in l. 1. num. 161. C. de pactis, Alexand. conſ. 18
num. 10. & 11. lib. 2. & conſ. 189. Socin. Sen. conſ. 31. n.
& conſ. 43. num. 2. lib. 4. Curtius conſ. 4. num. 5. vbi di
cit communem eſſe opinionem, Gratian. conſ. 60. num. 9
lib. 1. Pariſ. conſ. 46. num. 27. & ſeqq. Menoch. conſ. 87
num. 60. vbi communem, & veriſsimam ſententiã aſſe
rit; Tuſch. (relatus ab aduerſario) concl. 260. num. 2
verb. alienatio permiſſa, Surd. pleniſsimè conſ. 10. per t
tum, & etiam conſ. 352. conſ. 357. & conſ. 430. erudit
Monach. deciſ. Bonnonienſium, deciſ. 71. punct. 8. n. 119

IOSEPHI SCALIGERI
ELENCHVS,

Et Caſtigatio Calendarij Gregoriani

A

CHRISTOPHORO CLAVIO
BAMBERGENSI
SOCIETATIS IESV

CASTIGATA.

Es de la Libraria del Rl. Monasterio de Sa. Maria de Belpuche de las Avellanas del orden Premonstr.te

5361

BIBLIOTECA PUBLICA · LERIDA

SVPERIORVM PERMISSV.

Romæ, Apud Aloyſium Zannettum. M.D.XCV.

FRANCISCO TOLETO
S. R. E. CARD.
AMPLISSIMO.

CHRISTOPHORVS CLAVIVS
SOCIETATIS IESV
S. P. D.

NATVRA ita comparatum eſt, (quod te non fugit, Franciſce Tolete Card. Ampliſs.) vt præſtantiſsimarum rerum origines plurimis, maximiſque obſtructæ ſint difficultatibus: præclariq; mortalium conatus in æmulorum, obtrectatorumq; reprehenſiones incurrant. Vel Calendarij Eccleſiaſtici emendatio, res maximis, iuſtiſsimisq; de cauſis a Concilijs, Pontificibus, Mathematicis tantoperè expetita, quot difficultates, quot inuidos, quot reprehenſores habuit? Nam cum Gregorius XIII. Pont. Max. vir ad Chriſtianæ Reip. ſalutem natus initio Pontificatus ſui ad eam rem adieciſſet animum, lectiſsimisq; Mathematicis ne-

gotium corrigendi Calendarij dediſſet, tot tantæq; aliæ ex alijs excepere difficultates, vt conuentus ille decennium tenuerit. adeo ingens cura fuit, ne prius egregium illud opus ederetur in vulgus, quã bene maturum æquis iniquiſque pariter videretur. Ac ſane inter conuentus illius initia (cuius rei tute optimus es teſtis) repentina quædam procella rem omnem diſieciſſet, niſi tua ſingularis auctoritas Pontificem iam nutantem in ſuſcepto conſilio confirmaſſet. Ita demum, fauente Deo, Gregorio auctore, te potiſsimum hortatore, tam præclara res aliquando eſt ad exitum, finemq; perducta. Nec tamen obtrectationum finis. nouæ deinde turbæ exortæ, nouæ obiectæ difficultates. Vix adeo Gregorianum Calendarium ſumma ope, curaq; perfectum (quod res ipſa omnium conſenſu vulgandi iam maturitatem dabat) in lucem prodierat, cum Tubingæ, quæ vrbs eſt Hæreticorum in Germania, teterrimus turbo exortus eſt Michael Mæſtlinus Mathematicus nobilis, ſed hæreſi Vbiquetaria infamis. Is orthodoxæ religionis, Pontificisq; Romani odio furens, libro edito, Gregorianum Calendarium conuellere, funditusq; euertere eſt connifus. Cuius nos fallaces, captioſasq; rationes in Apologia noſtra (quæ anno 1588. edita eſt) ita diſſoluimus, vt ſimul incredibilem hominis

impor-

importunißim i audaciam frangeremus: ſic prorſus, vt ille euidentibus rationibus euictus ad alia ſe ſtudia proripuerit cum fractis iam, & inanibus minis. Nuper vero apud Batauos Ioſephus Scaliger Iulij Cæſaris filius extitit, vir cæteroqui ingenio, & eruditione florens, qui Calendarium Gregorianum, non quidem, vt Mæſtlinus, delere: ſed tantum caſtigare conatus eſt. Laudat quippe Calendarij emendandi curam: ſed nequaquam ſatis eße emendatum contendit. Proinde falſis ipſe criminibus Lilianam rationem onerat, vt imperitis rerum obtrudat ſuam. Sed homo ingenioſus in primis ac diſertus

" Maiores pennas nido extendiſſe videtur.

quippe qui tam præclari operis Pontificia auctoritate fundati, ſuis viribus nixi, Catholici orbis vſu conſenſuq. corroborati, ſtatum conuellere ſit adortus. Itaq; res contra prorſus accidit, ac volebat. Nam Gregorianum Calendarium omni ope infirmare dum nititur, magis magiſque confirmauit ac ſtabiliuit. Quippe falſa eius crimina in hoc libello ſic diluta ſunt a nobis, vt in ipſum redundent auctorem: Gregorianæ autem rationis veritas in comparatione Scaligerianæ rationis longe magis appareat. Et quoniam magnum in Flandria, Germania, Francia Ioſephi Scaligeri nomen

eſſe audiebam, faciendum mihi putaui, ut caſtigationis rationes ac momenta examinarem, planumque omnibus facerem, quibus in rebus ille nos errare falſo exiſtimarit, ipſum in maximos delabi errores ac difficultates. Quod idem illi in Cyclometricis elementis accidit, ubi ab Archimede Geometriæ principe ac parente cum diſceſsiſſet, tota propemodum errauit uia. Nec mirum. id adeo uſuuenire uidemus ijs, qui inuſitatas uias indagãt, tritas relinquunt. Cæterum quia Scaliger in hoc libello egregiam aduerſus me modeſtiam adhibuit, mihi uiciſsim leniter ac moderate cum illo agendum exiſtimaui. quod quidem hoc libentius feci, quod homini faueo. Vere dicam. eſt in eo præclara indoles ingenij, orationis elegantia, interiores literæ. omnino eſſloreſcit ad eximiam doctrinæ laudem, ſi perito admonitore vtatur, ſi ſua inuenta cum doctis uiris conferat, ſi in rebus conſiderandis multum & diligentiæ ponat & temporis. Itaq. eum amice admonui, & molli, quod dicitur, brachio reprehendi, vt ſuo periculo doctus, ne nimium poſthac fidat ingenio, ſed cum Solone ſeneſcere ſe diſcentem gaudeat: & omiſſo contentionis ſtudio, ſuſcipiat aliquando patrocinium ueritatis. Non dubito P. A. quin felici Gregoriani Calendarij euentu pluſquam pro uirili parte læteris, qui ab

initio,

initio, ut dixi, præcipuus ac perpetuus eius fautor extiteris. argumento eſt, quod ſuperioribus menſibus cum Clem. VIII. Pont. Max. egiſti, ne me Catholici regis literis in Hiſpaniam euocatum abire ſineret, prius quam librum de correctione Calendarij a Gregorio XIII. promiſſum, ab omnibus expetitum abſoluerem. Quocirca hoc qualecumq. opuſculum tibi optimo iure debitum in tuo potiſſimum nomine apparere uolui. Oro quæſoque te, ne doni exiguitatem magis ſpectes, quam donantis uoluntatem. Et hoc uel tui in hoc genere erga remp. meriti, uel meæ erga te obſeruantiæ monumentum extare patiaris. Vale. ROMA. Anno M. D. XCV. VI. Calend. Iul.

PROOEMIVM CLAVII.

ALOYSIVS Caſtagnerus Rupipozæus Baro Abainenſis, vir & nobiliſſimus, & eruditiſſimus, pro ueteri familiaritate, quæ mihi cum illo interceſſerat, cum Regis Galliarum apud Gregorium XIII. Pont. Max. Legatus eſſet, libellum nuper ad me miſit Ioſephi Scaligeri de Hippolyti Epiſcopi Canone Paſchali, cum nonnullis excerptis, vt vocat, ex computo Græco Iſacij Argyri de correctione Paſchatis: quibus ipſe anni Gregoriani Elenchum, & caſtigationem adiunxit. Hunc ego libellum tanti viri nomine famaq; captus auide arripui, magna ſpe aliquid ab eo afferri dignum ipſo, dignum patre: nec mea me ſpes omnino fefellit. Multa reperi ab eo ingenioſè excogitata, acutè dicta, explicata copioſè. vt Iulij Cæſaris filium poſſis agnoſcere. Verum enimuero inter legendum (pace eius dixerim) nonnulla mihi occurrerunt, quæ minus conſiderate, quàm talem virum deceret, ſcripta viderentur. Itaque cum ego, cæteris omiſſis, ea duntaxat in margine annotauiſſem, quæ perperam ab eo reprehenderentur in Calendario Gregoriano, grauiſſimorum hominum hortatu denique adductus ſum, vt ea ſcholia in lucem ederem, ne forte ijs, qui minus in hoc negotio vident, Scaligeri officiat auctoritas; & ſimul, vt ipſemet melius

in poſterum ſuæ famæ, cui faueo, conſultum velit. Oro autem atque obſecro Scaligerum, vt quemadmodum ſibi licere exiſtimauit Gregorianum Calendarium, quod totus fermè orbis Chriſtianus approbauit, caſtigare, atque corrigere, ita alijs licere patiatur eius caſtigationem, non quidem obtrectandi, ſed admonendi ſtudio, caſtigare; æquoque animo ferat, libellum hunc ſuum quàm caſtigatiſsimum in manus hominum venire: quod ipſe de Calendario Gregoriano videtur optare. quamquam eximia eius moderatio, quam in ipſa castigationis præfatione præ ſe fert, bono me animo eſſe iubet. Neque enim vereri debeo, ne amicè ſe à Clauio admoneri patiatur, qui pluris ſecerit, *vt ipſemet profitetur*, ſe à Clauio reprehendi, quàm à multis laudari; *neue errores, ſi qui ſunt in hoc libello, inuitus agnoſcat, qui* ab ſe humanitus peccari potuiſſe *fateatur: præſertim vero cum in hoc genere, ſi quid peccarit, non ſibi peccarit, ſed reip. idque vel ipſius iudicio, qui errorem noſtrum (quem nullum eſſe oſtendam)* publicum eſſe *dicit*, & familiam ducere. *Quod ſi in eo ipſo eius deprehendetur error, in quo nos arguit erroris, profecto hoc grauior putandus erit, quò grauius errat, qui ipſe errore captus irridet recta ac militari euntes via. Quo libentius faciemus, vt hominem veritatis indagandæ cupidum ſui erroris admonitum in viam reducamus. Is igitur, demonſtrata Iſacij Argyri ratione, ſic aggreditur Lilianum, ſeu potius Gregorianum Calendarium caſtigare.*

SCALIGER.

ANNI LILIANI ELENCHVS ET caſtigatio.

NON igitur noua eſt Paſchalis cultus corrigendi cura, ſed ante ducentos quinquaginta amplius annos agitata. Quæ res cum memoria auorum noſtrorum iterum excitata eſſet, & doctiſſimo Ioanni Regiomontano à Pont. Max. mandata, tam mortis eius, quam aliarum turbarum interuentu ad exitum perduci non potuit. Superioribus autem annis Gregorius xiij. nouam anni correctionem propoſuit, & maiori parti Europæ probauit ita, vt hæc noua forma calido conſenſu recepta veterem Iulianam ex animis vulgi penitus deleuerit. [a], Cum igitur reipublicæ interſit, eam quam emendatiſſimam haberi: in ea autem inſint, quæ meliora fieri poſſint, immo quæ omnino emendanda ſunt; arbitror, ſi meam de ea re ſententiam propoſuero, meliora ingenia & iudicia ad idem faciendum excitatum iri.

CLAVIVS.

[a] *ENIMVERO nihil eſt, quod magis cupiamus, quàm Calendarium Gregorianum quàm optimum, & quàm emendatiſſimum & eſſe, & haberi. quæ etiam cauſa fuit, cur id ipſius Gregorij Pont. Max. iuſſu, omnibus fermè Chriſtiani orbis Mathematicis excutiendum proponeretur; nec prius ederetur in vulgus, quam exquiſitis omnium ſententijs, ſatis emendatum eſſe conſtaret. Nec præteritus tum fuiſſet, vir non paterna eruditione, quàm ſua clarior, Ioſephus Scaliger, ſi æquè in Mathematicis, atque in literatis eruditisq; viris, nomen habuiſſet: ſed quia iam in Mathematicorum numerum venit, audirique a nobis flagitat; audiatur ſanè, (quo-*

niam

niam ita vult) confecta re, quando integra, non potuit audiri.

SCALIGER.

QVAMQVAM non ſum neſcius, quam ardua res ſit, hoc vlcus tangere, cum in fine librorum meorum de Emendatione temporum ſtrictim ac parcè de hoc negotio verba fecerim,& tamen cum hac animi moderatione effugere non potuerim odium, & conuitia eorum, qui putant ſibi iniuriam fieri, ſi non in verba eorum iuremus,& ipſos nunquam errare poſſe exiſtimemus. b, Itaque, vt audio, delegata fuit cura doctiſſimo Mathematico Chriſtophoro Clauio, vt in me ſcriberet: & ne de hac re dubitem, Antonius Poſſeuinus in ſua illa tepida in Chytræum Apologia malum mihi à Clauio intentat. b

CLAVIVS.

b *MIHI verò nunquàm delegata eſt cura, vt in Scaligerum ſcriberem, ſed vt intolerandam Mæſtlini audaciam frangerem. quod in Calendarij Gregoriani Apologia efficere conati ſumus. quo in libro quæcunque homo audaciſſimus in nouum Calendarium effutiuerat, planè perſpicuèque coarguimus. Nec vero Poſſeuinus vllum* Scaligero malum à Clauio intentat, *ſed eam duntaxat, quam diximus, Apologiam noſtram Calendarij oppugnatoribus denunciat. Atque vtinam eam Scaliger veri cognoſcendi magis, quàm contradicendi ſtudio, examinaſſet, profecto animum à Caſtigatione Calendarij ad defenſionem traduxiſſet, meliore vel prudentiæ, vel ingenij fama.*

SCALIGER.

AVIDISSIME diu illum librum expectaui, e quem etiam inter manus Clauij multi ſe vidiſſe mihi aut dixerunt, aut ſcripſerunt. c

CLA-

CLAVIVS.

a *TOTVM hoc commentitium eſt. Somniaſſe videlicet oportet iſtos, qui* aut dixerunt, aut ſcripſerunt, ſe inter manus meas vidiſſe, *quod nunquam fuit. Gaudeo tamen Scaligerum auditatem illam ſuam, quaſi famem integram ad hanc noſtram admonitionem afferre, vt in poſterum & modeſtior fiat, & cautior.*

SCALIGER.

EGO ſanè, qui pluris fecerim, me à Clauio reprehendi, quam à multis laudari, non poſſum comminiſci, quam ille aut cauſam, aut materiam in me ſcribendi nanciſci potuerit, cum à me nihil dictum ſit, quod vllius boni animum offendere poſſit. Nam ſi qui ſunt errores in libris meis, (& quidni humanitus à me peccari potuiſſe confitear?) non debent tanti viri cogitationes ſuas à melioribus occupationibus ad meas nugas refellendas traducere. Equidem eos ea cura libero. Ne fruſtra ſint; ego meos errores melius, & lubentius correxero, quam ipſi animaduertere poſſint. Quod ego peccaui, mihi peccaui, non reip. Eorum error publicus eſt, & familiam ducit. Hortor igitur eos, circumciſa omni ambitione & maleuolentia, vti homines liberaliter educatos facere oportet, ne ita aut ſua ament, aut nos oderint, vt deſperent, a nobis meliora afferri aliquando poſſe.

CLAVIVS.

a *NIL hortatione opus eſt. Libentibus nobis hunc eripies errorem, ſi errorem eſſe probaueris: nec æquos ſolum nos habebis, ſed etiam gratos. Expecto interim, quæ tandem ſint iſta, quæ meliora abs te poſſe afferri putas; quandoquidem te vnum plus omnibus vidiſſe confidis.*

SCALIGER.

VT fecit Poſſeuinus: qui in Apologia ſua Methodum noſtram in cyclum Solarem anni Liliani confidentiſſimè exagitat, qua tamen melior excogitari, neque breuior poteſt. Et mirum eſt, hominem, qui nihil non facit, vt omnibus perſuadeat, ſe ſolum doctum, & ſapientem eſſe, melius exiſtimationi ſuæ non conſuluiſſe. Sed & in illa Apologia, & in Bibliotheca, quæ nuper prodijt, manifeſtò oſtendit, ſe meum opus non legiſſe, aut non intellexiſſe: vt cum dicit, me decreta patrum Nicænorum improbare, aut neſcio quid tale φορτικὸν & inciuile. Oſtendat mihi ille cenſor morum, & Criticus librorum, vbi hoc legerit in toto opere meo.

Credimus an qui odere, ipſi ſibi ſomnia fingunt?

Ecquis finis ſcribendi futurus eſt, ſi quis volet in eius Bibliothecam anquirere?

Perdere ſi quis in his dignabitur otia curis?

Ecquod opus in lucem prodijt magis opportunum qua iuſtis, qua iniuſtis reprehenſionibus, quam eius Bibliotheca? Quis vnquam vidit confidentiam magis ſecuram alieni iudicij? Sed redeo ad rem. Ego, quod ipſe ſciat, neque vnquam conſilium de anno, aut Paſcha corrigendo reprehendi, neque aliter me animatum fuiſſe, omnes, qui mea ſcripta legent, fatebuntur. Quid vero in hac forma noua reprehendam, & quid omnino corrigendum ſit, aperiam, ſi prius de inſtituto auctoris anni aliquid dixero.

CLAVIVS.

NIMIS iracundè tu quidem, mi Scaliger, ne dicam intemperanter, inueheris in Poſſeuinum virum & doctum, & moderatum, & pium. Quod enim verbum in eius Apologia de te non plenum modeſtiæ, officij, pietatis? An illud te male habuit, quod tuam methodum impro-

improbauit? At reprehenſiones eorum, qui inter ſe ſententijs diſſident, vituperandæ non ſunt, ſi maledictis, & contumelijs vacent. Concertatio quippe de rebus dubijs cos eſt ingeniorum, & parens veritatis. Deinde cur illi non licuerit improbare tuam methodum, cum tibi Lilianam Pontificia auctoritate comprobatam improbare licuiſſet? Vide, quæſo te, ne ſi quis illius Apologiæ modeſtiam comparet cum hac, vt leuiſſime dicam, iracundia tua, vetus illud in te conferat,

Fœnum habet in cornu, longe fuge.

At memento, nihil nec recte fieri cum iracundia, nec recte factum iudicari. Nam in Bibliotheca, vt Poſſeuinus aliqua fortaſſe culpa teneatur erroris humani, qui voluerit de omnibus ferme nobilibus ſcriptoribus ferre iudicium, cum ſciret, tam multos deinde iudices de ſuo iudicio iudicaturos, tamen non venia ſolum dignus eſt, ſed fortaſſis etiam laude. Nam vt de Cicerone, & Hieronymo taceam, fecit idem, quod pater tuus, vir doctiſſimus, fecerat: fecit idem, quod tu quotidie facis. Non video, cur illi interdictum ſit, quod uobis omnium conceſſu licere exiſtimas: niſi vero hanc libertatem de cæterorum libris iudicandi, confidentiamque ſecuram alieni iudicij, veſtræ familiæ propriam ducitis. At enim multa ſunt in ea Bibliotheca, quæ tibi non probantur: eſto. Multa certè erunt, quæ alijs & probentur, & proſint. Nam vt omnia quæ ſcribas, probentur omnibus, optandum magis eſt, quam ſperandum. Porrò quod illam Bibliothecam adeo contemptim exagitas, vereor, ne illis, qui illam legerint, ipſe videaris φορτικὸν *illud, & inciuile, quod in Poſſeuino*

ſine

ſine cauſa reprehendis, admittere.

SCALIGER.

DE CYCLO SOLIS IN PERIODO Liliana.

EX modo anni tropici Alphonſino, quo melior hactenus reperiri non potuit, iamdudum à peritis animaduerſum eſt, in annis 134. Iulianis vnum biſſextum ſuperuacuum eſſe,& in 402. tria. Sed neglectis duobus annis, putarunt tutò aſſumi poſſe 400. annos pro iuſta periodo, quod is ſit quaternarius numerus, & ideo rationi biſſexti conuenientior, quo interuallo 97. tantum biſſexta vſurpanda ſint, & periodo vertente,hoc eſt,anno quadringenteſimo primo, Calendæ Ianuarij in eandem literam Dominicam incurrant. Nam 400. annis Aegyptiacis in ſeptem diſtributis, remanet vnitas, quæ cum 97. biſſextis compoſita facit 98. ſeptenarium numerum. Igitur ſi, verbi gratia, Calendæ Ianuarij anni primi inierint à Dominica, vltima Decembris anni quadringenteſimi incidet in Sabbatum, & proinde Calendæ anni quadringenteſimi primi conferentur in Dominicam, vt in anno primo. Erit ergo iuſta periodus anni tropici. Hoc cum iamdudum à peritis decretum eſſet ante hos centum, aut amplius, annos, Lilius hanc periodum amplexus ad anni correctionem aggreſſus eſt, exemptis de Calendario decem diebus, vt pro xj. ſcilicet Martij, xxj. putaretur. Cum igitur in quadringentis annis tria biſſexta perimi debeant, ipſe ea de fine primæ,ſecundæ,tertiæ Centuriæ eximit:finem autem quartæ centuriæ biſſextilem eſſe ſinit; vt, exempli gratia, Februarius annorum Chriſti 1700. 1800. 1900. erit non vigintinouem dierum, ſed vigintiocto: Februarius autem anni 2000. erit vigintinouem. Conſtat igitur Tetracoſieteris Liliana quatuor centurijs, centuria ternis cyclis Solaribus cum ſexdecim annis cycli quarti inchoati, vt in centu-

centurijs prima, ſecunda, tertia vna litera biſſextilis omittatur in anno xvj. Cycli Solaris quarti: quemadmodum in ſubiecto Laterculo habes, in quo ſub centurijs o. 100. 200. è regione 16. anni cycli habes geminam literam, maiuſculam, & minuſculam, Cb, Ed, Gf. ambæ procedent in annis 16. 44. 72. Sed in anno 100. hoc eſt in 16. quarti cycli minuſcula litera incipit cyclum Centuriæ ſequentis: vt vides in Laterculo. Fingimus igitur ſemper æquinoctium fuiſſe in xxj. Martij ab initio Epochæ Chriſti. Abiectis igitur omnibus 400. de annis Chriſti, relinquuntur anni Tetracoſieteridis currentis. In quibus conſiderandum eſt, quota ſit centuria, & quotus annus cycli Solaris in centuria: & ex Laterculo habebis literam Dominicalem Lilianam. Volo ſcire literam Dominicalem anni præſentis 1594. Abiectis, omnibus 400. remanent anni 394. currentis centuriæ: quarum tres iam lapſæ ſunt, & annus 94. currit quartæ centuriæ. In Laterculo in annis expanſis è regione annorum 94. ſub 300. hoc eſt, ſub tertia centuria lapſa, habes in angulo communi literam B, Dominicalem huius anni 1594. Rurſus volo ſcire literam Dominicalem anni 1800. Abiectis omnibus 400. remanet annus centeſimus ſecundæ centuriæ. Sub 100. prima ſcilicet centuria lapſa, è regione annorum 100. habes in angulo communi Ed. Et quia eſt centeſimus annus centuriæ, litera d, non faciet biſſextum, ſed continuabitur, vt in anno communi. At in anno 1744. & 1772. ambæ aſſumuntur: quod biſſexti habeatur ratio. Rurſus de annis 1600. Chriſti abiectis 400. relinquitur annus centeſimus quartæ centuriæ. Sub 300. è regione 100. occurrit in communi angulo litera gemina BA, nimirum vtraque maiuſcula: quo notatur, ſemper A, ſumi in biſſextum, hoc eſt, vtramque literam in eo anno locum habere, priorem à Ianuario ad locum biſſexti, alteram à loco biſſexti ad exitum anni. Hæc methodus expeditiſſima eſt. Neque vlla

melior

LATERCVLVS CYCLI SOLARIS Liliani:

Anni expanſi Centuriæ Lilianæ				0	100	200	300	*Anni Chriſti*		*Character Cycli ☉ Iuliani*
1	29	57	85	G	B	D	F	1	2801	xxv
2	30	58	86	F	A	C	E	101	2901	xiij
3	31	59	87	E	G	B	D	201	3001	j
4	32	60	88	DC	FE	AG	CB	301	3101	xvij
5	33	61	89	B	D	F	A	401	3201	xvij
6	34	62	90	A	C	E	G	501	3301	v
7	35	63	91	G	B	D	F	601	3401	xxj
8	36	64	92	FE	AG	CB	ED	701	3501	ix
9	37	65	93	D	F	A	C	801	3601	ix
10	38	66	94	C	E	G	B	901	3701	xx
11	39	67	95	B	D	F	A	1001	3801	xiij
12	40	68	96	AG	CB	ED	GF	1101	3901	j
13	41	69	97	F	A	C	E	1201	3001	j
14	42	70	98	E	G	B	D	1301	4110	xvij
15	43	71	99	D	F	A	C	1401	4201	v
16	44	72	100	Cb	Ed	Gf	BA	1401	4301	xxj
17	55	73		A	C	E	G	1601	4401	xxj
18	46	64		G	B	D	F	1701	5501	iix
19	47	75		F	A	C	E	1801	4601	xxv
20	48	76		ED	GF	BA	DC	1901	4701	xiij
21	49	77		C	E	G	B	2001	4801	xiij
22	50	78		B	D	F	A	2101	4901	j
23	51	79		A	C	E	G	2201	5001	xvij
24	52	80		GF	BA	DC	FE	2301	5101	v
25	53	81		E	G	B	D	2401	5101	v
26	54	82		D	F	A	C	2501	5201	xxj
27	55	83		C	E	G	B	2601	5401	ix
28	56	84		BA	DC	FE	AG	2701	5501	xxv

melior eſſe poteſt, quæ quidem ex ſcripto diſcatur. Quæ vero memoriter teneri poteſt, longè expeditior eſt, ſi tenueris quatuor primas literas initiales quatuor centuriarum, G, B, D, F. Pro quibus ſume quatuor verba, *Gratis, Bonus, Dei, Filius*, de technico illo verſu vulgatiſſimo. *Filius Eſto Dei, Cælum Bonus Accipe Gratis.* Quater enim interrumpitur cyclus antiquus. Itaque initio primæ centuriæ cyclus Solis incipiens à GRATIS, ſtatuit eam vocem in ima radice indicis, FILIVS in ima radice medij, ESTO in ima radice Medici, DEI in ima Auricularis, & ita deinceps, vt ſolet in vulgari methodo cycli Solaris. In ſecundæ centuriæ initio ſume BONVS in ima radice Indicis, ACCIPE in ima medij, &c. vt patet ex ſubiecta formula, in qua GRATIS habet I pro prima centuria, BONVS

IIII		III		II		I
Filius	*Eſto*	*Dei*	*Cælum*	*Bonus*	*Accipe*	*Gratis*

II, pro ſecunda, DEI III, pro tertia FILIVS IIII pro quarta. Vnde etiam colligis interruptionem rationis hebdomadicæ fieri per omiſſionem vnius literæ: nempe interruptionem à GRATIS ad BONVS, hoc eſt, a prima centuria ad ſecundam fieri omiſſione vocis ACCIPE: interruptionem autem a BONVS ad DEI, per omiſſionem vocis CAELVM: & ita in alijs. Qui huic tam expeditæ methodo obtrectari velit, eum aut malignum, aut harum rerum imperitum eſſe oportet. Et tamen hæc eſt, quam damnat Poſſeuinus. Quod ſi quis per cyclum Solis Iulianum hoc tractare velit, poterit ita facere. Annum Chriſti ſumat è Laterculo ex annis Chriſti collectis, ſi præciſe inuenitur: ſin autem, proximè minorem. è cuius regione character cycli Solaris ſumptus, & in formula cycli Solaris numeratus vſque ad annum cycli Solis currentem, oſtendet literam Lilianam. Exemplum. Volo ſcire literam Dominicalem anni 1601. Annus præciſe inueni-

tur

tur in annis Chriſti collectis. E cuius regione character XXI. in formula cycli Solis erit annus primus cycli Solaris. Itaque cum in dicto anno 1601. annus cycli Solaris ſit quartusdecimus, is numerus à XXI. putatus in formula deſinet in VI. iuxta quem litera G, eſt litera Dominicalis anni propoſiti 1601. Rurſus volo ſcire literam Dominicalem Lilianam in anno 1741. qui numerus non inuenitur præciſe in annis collectis. Numeri proximè minoris 1701. character eſt IX: & eſt annus cycli Solaris Iuliani quartusdecimus. In formula, quatuordecim à IX. putata deſinent in XXII. & ideo in litera A, quæ eſt litera Dominicalis Liliani anni propoſiti 1741. Quod verum deprehendes ex altera methodo è regione annorum 41. expanſorum ſub 100. centuria prima lapſa: vbi eſt eadem litera A. Et hæc quoque methodus, quamuis ſit eadem cum Liliana, quanto tamen expeditior ſit, quàm ipſa Liliana, hominem modeſtum, & peritum harum rerum, non Poſſeuinum, iudicem fero.

CYCLVS SOLIS IVLIANVS.

1	GF
2	E
3	D
4	C
5	BA
6	G
7	F
8	E
9	DC
10	B
11	A
12	G
13	FE
14	D
15	C
16	B
17	AG
18	F
19	E
20	D
21	CB
22	A
23	G
24	F
25	ED
26	C
27	B
28	A

CLAVIVS.

a *SIC profecto eſt, vt prouerbio fertur. Suum cuique pulchrum, te tua, me delectant mea. Alijs & melior videtur, & expeditior illa methodus, quæ in Apologia à nobis propoſita eſt, qua ſine cyclo Solari litera Dominicalis inuenitur, (vt lib. 3. Apologiæ docuimus) & quidem memoriter, ne hoc Scaliger aut quiſquã in ea deſideret.*

deret. Nec vero hanc Scaligeri methodum poſt correctum Calēdarium improbo. video enim vſui eſſe poſſe: verum id habet vitij, quod in futurum duntaxat tempus valet, non etiam in præteritum. Nam ſi in ſuperiores annos reuocetur, falſam literam dominicalem oſtendet, etiamſi fingas, vt ipſe vult, æquinoctium eſſe 21. Martij. Etenim, exempli gratia, anno 325. hoc eſt, tempore concilij Nicæni, æquinoctium in 21. Martij veram, non fictam ſedem habebat: tamen Scaligeriana methodus offert literam dominicalem D, cum fuerit C.

SCALIGER.

DE EPACTIS LILIANIS.

HIPPARCHVS primus omnium deprehendit in annis Aegyptiacis 304 & diebus 75. abſolutam fieri Lunæ *ἀποκατάστασιν*, vt nihil de epilogiſmo Lunari reliquum fiat. Sed 304. anni cum 75. diebus ſunt minores annis Iulianis 304. die vno; cum annis 304. Iulianis biſſexta 76. congruant.
a a, Ergo Epactæ Iulianæ in Calendario poſt 304. annos anteuertent vno die.

CLAVIVS.

HOC auctoritate magis, quam veritate nixum, ſi diligentius excutiatur, nutat, totumq. Scaligeri ædificium, quod hac velut ſubſtructione excitatur, pariter ruit. Nam ſi Luna in 304. annis anteuerteret ſedem ſuam vno die, hoc eſt, 24. horis, anticiparet in vno cyclo decennouennali hor. 1 ½ quod falſum eſt, & contra omnes Aſtronomos. Vt enim lib. 2. Apologiæ cap. 1. ex Ptolemæo, Alphonſo, & Tabulis Prutenicis oſtendi, in vno cyclo anticipat tantum hor. 1. min. 27. ſec. 31. ter. 55. ita vt annis 312 ½ vnum fermè diem anticipet. Sed ne actum agamus, qui plura ea de re deſiderat, perlegat cap. 1. lib.

BIBLIOTECA PÚBLICA ... LERIDA

lib.2. Apologiæ. Verum enimuero ſatis mirari nequeo, cur Scaliger, quo haud ſcio, an nemo in alienis inuentis excutiendis, exagitandiſq. exercitatior fuerit, hac in re adeo ſe præbuerit diſſimilem ſui; atque adeo cur ex falſis redarguendis non veram laudem quæſierit, qui ſæpe ex verorum exagitatione celebritatem nominis quærat: præſertim vero, cum ille ipſe Iſacius Argyrus, quem tantopere amplectitur, eius rei facile illum potuerit admonere. Is quippe (vt vel ex ipſo in excerpto de correctione Paſchatis intelligi poteſt) diſertis verbis docuit, Lunam annis 304. non exactè vnum diem anteuertere.

SCALIGER.

ESTO nouilunium, vel prima menſis lunæ, in tertia Decembris Iuliani, hoc anno 1594. in quo epacta eſt XVIII. quæ ex veteri vſu Computatorum à Martio incipit. Quare cum December a Martio decimus ſit, epacta 18. prima lunæ incidit in III. Decembris. Sed poſt 304. annos, hoc eſt, anno 1898. eadem neomenia anteuerterit vnum diem, & iam non amplius erit in III. ſed in II. Decembris. Ergo ad nouilunium indicandum epactæ illa vetus 18. erit inutilis, & pro ea epacta 19. aſſumenda. Denique poſt alios 304. annos, hoc eſt, anno 2202. epactam 19. noua epacta XX. excludet. Epactæ igitur in anno Iuliano & ſurſum nituntur, & augentur vnitate pro ratione decrementorum periodi Hipparchea: Contrarium fit in anno tropico. Nam in eo epactæ deorſum præcipitantur, poſt annos 228 aut 247. Hoc igitur anno 1594. nouilunium eſt in 13. Decembris, Epacta Liliana 8. Anno 1841. idem nouilunium deſcendet in 14. diem, Epacta autem erit 7. & ita ſemper, niſi quiddam, quod obſtet, interuenerit. Augetur igitur epacta in anno Iuliano, decreſcit in Tropico. Ergo epactæ tam in Iuliano, quam in Tropico

ab vnitate κατὰ μετέμπτωσιν ſurſum aſcendunt ſecundum naturalem ſeriem, & infra peſſum eunt, contra naturalem ſeriem, κατὰ προέμπτωσιν. Si igitur epacta ex 18. fit 19. in anno Iuliano, ex 8. fit 9. in Tropico: ergo epactæ percurrunt omnem tricenarium numerum poſt aliquot millia annorum. Igitur inſtituendus erit cyclus epactarum perpetuus ab XI. ad XXX. ſemper progrediendo per vndenarium numerum propagatus. Et quia in Calendario incrementorum aut decrementorum ſeries retrograda eſt, non alia poterit in Calendario annotari, niſi retrograda.

[a] [a] Non igitur verum eſt, quod doctiſſimus Mathematicus Clauius initio Capitis III. libri ſecundi Apologiæ ſcribit, epactas ſecundum ſeriem naturalem ab vnitate ad triginta deorſum deſcendere poſſe. Neque video quam defenſionem ſententiæ ſuæ parare poſſit. Ex illis enim, quæ demonſtrauimus, omnino retrogradas eſſe neceſſe eſt, & alias inſtitui non poſſe. Nos eiuſmodi epactas tricenarias retrogrado ordine progredientes vidimus olim in Calendarijs duobus vetuſtis. alterum Miſſali Romano elegantiſſime ſcripto, alterũ perantiquo Pſalterio præfixum erat.

CLAVIVS.

[a] *AT verum eſſe oſtendam, tibiq. ipſi, doctiſſime Scaliger, probabo, ſi quod ibi breuiter perſtrinxi, hic pluribus explicabo, faciamq. vt videas, quod videre te negas, quam defenſionem ſententiæ meæ parare poſſim. Epactæ in Calendario ſunt indices Nouiluniorum, adeo vt loco ipſarum poni poſſint quæcunque alia ſigna. Itaque quemadmodum nunc, quando Epacta eſt.* 13. *Nouilunium incidit in diem* 18. *Martij, & ſequenti anno in diem* 7. *currente Epacta* 24. *quam indicat tabella Epactarum hoc ſeculo currentium: ita quoque ſi ordine recto collocatæ eſſent Epactæ, vt a diebus non differrent, pro Epacta*

13.

13. tabella numerorum Nouilunia monſtrantium offerret nobis numerum 18. atque ita rurſus eſſet Nouilunium die 18. Martij. Sequenti deinde anno eadem tabella exhiberet nobis numerum 7. pro Epacta 24. qui nimirum numerus 7. vndecim vnitatibus minor eſt, quã 18. numerus præcedentis anni; quemadmodum & Epacta 24. vndecim vnitatibus maior eſt, quam Epacta 13. antecedentis anni. Certè hic Romæ à quodam Mathematico perito congregationi Calendarij propoſitum eſt Calendarium, in quo 30. numeri Epactarum directo ordine deſcripti erant, ac rectiſſimè Nouilunia indicabant, non ſecus atque ipſæ Epactæ retrogrado ordine diſpoſitæ. Cæterum quia in illis numeris non ſeruatur incrementum Epactarum per 11. vnitates, ſed per decrementum, præoptauimus ordinem retrogradum, vt magis naturaliter Nouilunia indicarentur, quod lib. 2. Apologiæ cap. 3. tradidimus. Apparet igitur, Epactas in Calendario progredi poſſe recto ordine, quamuis tunc non ſeruent rationẽ Epactarum, ſed tantum ſigna ſint Nouiluniorum. Atque hoc illud eſt, quod in Apologia ſignificare voluimus.

SCALIGER.

INSTITVTO igitur cyclo Epactarum perpetuo, & annotatis retrogrado ordine Epactis in Calendario, Lilius vidit quartamdecimam Paſchalem Dionyſianam in anno Iuliano anteuertiſſe triduo per totum cyclum ſine vlla exceptione, præterquam in annis 8. & 19. cum ſcilicet Epactæ ſunt 28. & 29. quæ quidem Epactæ anteuertunt ſedem Dionyſianam non, vt reliquæ 17. triduo, ſed quatriduo. Anteuertent igitur quartamdecimam huius ſeculi vno die. Nam hodie, cum Epacta eſt 28. in Calendario Iuliano, quartadecima eſt in XV. Aprilis. Igitur 28.

Epacta debet conſtitui in 2. Aprilis. Rurſus quartadecima hodierna, cum Epacta eſt 29. in Calendario Romano eſt in 14. Aprilis. Ergo Epacta 29. debetur Calendis Aprilis. Cum igitur Calendæ Martij incipiant ab Epacta 30. ſiue o, quod idem eſt, erit rurſus eadem Epacta o, in vltima Martij, ſiquidem Calendæ Aprilis vindicant Epactam 29.

CLAVIVS.

HOC vero ariolari, ac diuinare velle eſt. Nunquam enim Lilius, aut Gregoriani Calendarij conditores iſtam rationē collocandi in Calendario Epactas, ne per ſomnium quidem cogitarunt: ſed vera ac germana ratio explicata a nobis eſt cap. 3. lib. 2. Apologiæ, quò Lectorē reijcimus.

SCALIGER.

SED vrgemur incommodo ex altera parte. Nam menſes Lunares politici, vt nemo neſcit, alternis ſunt pleni, & caui, id eſt, tricenum, & vndetricenum dierum. Quod ſi ita ſtatuamus Epactas, vt o ſit in Calendis, & in vltima Martij, & in 30. Aprilis, & ſic deinceps: Omnes igitur menſes Lunares fuerint tricenum dierum, & annus Lunaris, qui explicatur 354. diebus, conſtabit ex ſolidis 360. quod eſt abſurdum. Præterea Epacta XXIIII. hoc facto manet inutilis methodo quartædecimæ Paſchatis. Citimus terminus Paſchalis eſt 21. Martij, remotiſſimus 18. Aprilis. Sed Epacta 24. conſtituit quartamdecimam Paſchalem in XIX. Aprilis, nempe vltra terminum remotiſſimum. Eadem etiam in Martio ſtatuet quartamdecimam in XX. menſis citra citimum terminum. Epacta igitur XXIIII. erit inutilis ad Paſcha ſemper, & hoc ſeculo præſertim, cum circumciſis decē diebus, Epacta vetus Iuliana IIII. ſit hodie XXIIII. in anno cycli XIIII. cuius quartadecima Luna Dionyſiana hærebat in XII. Aprilis, hodie autem κατὰ προέμπτωσιν, tridui eſt in IX. Aprilis. Exemptis igitur decem diebus, eadem deprehenditur in XIX.

Aprilis

Aprilis Liliani, vt iam dictum eſt. Quod igitur huic malo remedium excogitabitur? Epactarum ratio, propter quartamdecimam Paſchalem præcipuè reperta eſt, a quæ autem Epactæ quartamdecimam in Martio oſtendunt, eædem Epactæ in alijs menſibus quartamdecimam oſtendere debent: vt exempli gratia, cum Epacta eſt XVIII. quartamdecimam Lunam oſtendit Epacta V. per totum annum. At hoc non poterit fieri, ſi Epacta XXIII. ſtatuatur in VI. Aprilis. Nam quartamdecimam Martij oſtendet Epacta XI. Vt igitur in Aprili Epacta XI. oſtendat quartamdecimam, neceſſario Epacta XXIIII. debet eſſe in V. Aprilis. Erunt igitur duæ Epactæ in eadem ſede.

CLAVIVS.

NIMIRVM hoc vſquequaque verum non eſt. Etſi enim in exemplo abs te allato id eueniat, tamen quoties intercurrit collegium duarum Epactarum 25. 24. vel vt ipſe vis, Epactarum 0. 29. hic ordo interrumpitur. Nam cum Epacta eſt 8. quartamdecimam oſtendit in nonnullis menſibus Epacta 24. in alijs verò 25. Non ergo eadem Epacta per totum annum quartamdecimam monſtrare poterit. Sed dices fortaſſe, quartamdecimam Epactæ 8. non cadere in Martium, ſed in Aprilem. accipiamus ergo Epactam 22. in Februario, cuius quartamdecimam in Martio indicat Epacta 20. Deinde Nouilunium indicat Epacta 3. cuius quartamdecimam in Aprili oſtendit Epacta 19. vbi igitur latet Epacta 20. indicans quartamdecimam: quam vtique eſſe oporteret, niſi Scaligeriana ratio claudicaret? Sed vtcunq. res habeat, nos huiuſce rei nullam habuimus rationem, quòd ad rem noſtram nihil faceret videretur.

SCALIGER.

a QVOD quidem ſi alternis ſyzygijs obſeruetur, ita menſes

menſes fuerint alternis pleni & caui, prout ratio anni Lunaris politici poſtulat. Rurſus alia mora obijcitur. Nam cum collegium duarum Epactarum XXV. XXIIII. in eandem diem quintam Aprilis coniectum ſit: quoties accidet in eodem cyclo Epactam vtramque reperiri, neceſſarium erit, Nouilunium bis in eodem die contingere in vno cyclo: quod eſt abſurdum. Ab anno 1900. ad annum 2199. Epacta XXV. erit in aureo numero XVII. Epacta autem XXIIII. in aureo numero VI. Ab anno 3100. ad 3399. Epacta XXV. erit in aureo numero xij. Epacta xxiiij. in aureo numero primo. Anno 3800. ad annum 4099. Epacta xxv. aureo numero xv. congruet, xxiiij. autem aureo numero quarto. Denique ab anno 4500. ad annum 4699. Epacta xxv. conuenit aureo numero xviij. Epacta xxiiij. aureo numero vij. Ita in eodem cyclo occurrit vtraque Epacta xxv. xxiiij.

C L A V I V S.

[a] *HIC omnino rectè argumentatur doctiſſimus Scaliger. Nec vero aliter nos ratiocinati ſumus in Apologia cap. 3. lib. 2. Et ſcilicet Nouiluniorum ratio id poſtulat.*

S C A L I G E R.

[a] HVIC incommodo ita mederi viſus eſt, ſi Epactam 25. nigram cum Epacta xxvj. coniungeret: cui locus erit, quoties numerus aureus maior erit, quam xj. Tunc enim illa Epacta 25. atrata extraordinaria ſumetur pro ordinaria xxv. miniata: quia, vt diximus, ab anno 3100. ad annum 3399. Epacta 25. congruit aureo numero xij. Nullus autem minor eſt aureus numerus, cui illa Epacta vnquam competere poſſit. Propter eandem cauſam, quoties aureus numerus minor erit, quam xij. ſumenda erit Epacta xxv. ordinaria miniata.

C L A V I V S.

[a] *ET quidem prudenter auctor Calendarij hoc remedium*

dium adhibuit. Argumento eſt, quòd ipſemet Scaliger, qui hoc remedium neglexit in illo ſuo collegio Epactarum o. 29. haud quaquam hoc vitauit incommodum, vt ſuo oſtendemus loco.

SCALIGER.

b HAEC nos ideo fuſius tractauimus, quia doctiſſimus Clauius in ſua ad Mæſtlinum Apologia, neque quare Calendis Aprilis xxix. Epacta pro xxviij. notata fuit, expoſuit, neque quare Epacta xxiiij potius, quam quæuis alia loco ſuo luxata. Nam qui has noſtras cum illius rationibus contendet, facilè, vtrius ſint veriores, deprehendet. b

CLAVIVS.

b *QVAM vere hæc dicantur, facilè intelliget, qui caput 3. lib. 2. Apologiæ perlegerit: vbi ratio affertur huiuſce diſpoſitionis Epactarum in Calendario, idq. adeo fuſè & copioſè, vt hoc labore Scaliger ſuperſedere poſſet, niſi inanem ſumere operam vellet, & ex alijs creſcere.*

SCALIGER.

RVRSVS quoties Epacta primi aurei numeri eſt vnitas, tunc Epacta xix. concurrit cum vltimo numero aureo xix. Ideo in vltimam Decembris Epacta nigra 19. cum xx. coniecta fuit, quæ locum habeat, quoties aureus primus numerus eſt vnitas. Tunc enim, vt iam dictum eſt, Epacta xix. concurrit cum aureo numero xix. Vnitas, vt diximus, in ſequenti anno, eſt primus aureus numerus, notatus in xxx. Ianuarij. A Calendis Decembris ad 30. Ianuarij, ſunt tres ſyzygiæ. Et quia Epacta eſt xix. currens, quando vnitas eſt primus numerus, nulla autem Epacta xix. poſt Cal. Decembris, ad 30. Ianuarii, notata ſit in Calendario: ideo pro xx. Epacta 19. nigra aſſumenda eſt, ne duæ ſyzygiæ tranſeant ſine Epacta. Hoc autem non accidet, niſi in annis 1595. 1614. 1633. 1652. 1671. 1690.

1690. Nam multa millia annorum expectanda eſſent, vt iterum aureus primus numerus ſit vnitas.

CLAVIVS.

NAE ille, ſi nigram Epactam 19. quam tantopere contemnit, in vltimo Februarij die collocaſſet, in tantas ſalebras non incidiſſet: quippe qui conſtituere cogatur Lunationem dierum 59. vt deinde oſtendemus. quod quam ineptum atque adeo mõſtroſum ſit, nemo non videt.

SCALIGER.

HIS animaduerſis, reſtabat tabula æquationis Epactarum, quæ notat mutationes Epactarum ſecundum μετεμπτώσεις earum in centurijs annorum Chriſti. Sumptum eſt autem initium à numero aureo iij qui temporibus Niceni Concilij annotandus fuiſſet in Calendis Ianuarii Ideo quoties currens aureus numerus ex tabula æquationis in tabulam cycli Epactarum perpetuam conferendus eſt, retrocedendum eſt ad tertiam à nota propoſita cellulam, vt habeas primum aureum numerum currentem in
a anno propoſito. a Nos vero expeditiorem Epactarum methodum apponemus, quam Lilianam, quæ ſine retroceſſione illa ſtatim primum numerum oſtendat. In tabula

TABVLA AEQVATIONIS EPACTARVM.

Anni Chriſti	1	320	500	800	1100	1400	1582	1600
Character Epactæ	7	8	8	9	10	11	1	1

Anni Chriſti	1700	1800	1900	2000	2100	2200	2300	2400
Character Epactæ	0	0	29	29	29	28	27	28

ſubiecta

Anni Chriſti	2500	2600	2700	2800	2900	3000	3100	3200
Character Epactæ	27	26	26	26	25	25	24	24

Anni Chriſti	3300	3400	3500	3600	3700	3800	3900	4000
Character Epactæ	24	23	22	23	22	21	21	21

Anni Chriſti	4100	4200	4300	4400	4500	4600	4700	4800
Character Epactæ	20	19	19	19	18	18	17	17

CYCLVS EPACTARVM LVNARIVM Perpetuus.

o	xj	xxij	iij	xiiij	25 xxv	vj	xvij	xxviij	ix
xx	j	xij	xxiij	iiij	xv	xxvj	vij	xviij	xxix
x	xxi	ij	xiij	xxiiij	v	xvj	xxvij	viij	19 xix

ſubiecta æquationis Epactarum ab anno Chriſti primo, ad 320. quod eſt ſeculum Nicænæ Synodi, Epacta primi aurei numeri erit 7.

C L A V I V S.

a *HOC vero optimum, vt Scaliger vir ingenioſiſſimus noſtra nobis obtrudat, pro ſuis. Etenim iſta quoque Epactarum methodus noſtra eſt, & lib. 2. Apologiæ cap. 4.* *lucu-*

luculenter explicatur: vbi etiam cauſa affertur, cur illam alteram huic antepoſuerimus. Maluimus quippe ab aureo numero iij. incipere, quam ab j. vt conſtaret tabellam cycli Epactarum perpetuam ex tabula expanſa excerptam eſſe: & vt characteres in cyclo perpetuo Epactis ſuperpoſiti ætatem Lunæ in Martyrologio indicarent.

S C A L I G E R.

QVIA in anno Iuliano mutatio Epactarum, vt oſtendimus, [a] fit poſt annos 304. Sed Lilius neglectis 4. omnibus 300. annis putauit mutationem fieri in Epacta Iuliana.

C L A V I V S.

[a] *ATQVI nos poſt annos $312\frac{1}{2}$ fieri ſupra oſtendimus: Nec Lilius illos $12\frac{1}{2}$ annos, qui tres centurias excedunt, negligit. Eos enim reuocat in numerum, vbi nouam Centuriam expleuerint. quo tempore pro 300. annis 400. obſeruari iubemus. Quam nos rationem, tanquam magis popularem, & ab errore magis remotam ſecuti ſumus, vt cap. 4. lib. 2. Apologiæ docuimus. Totam autem rem is, qui paulo poſt a nobis ſubijcietur, calculus planius demonſtrabit.*

S C A L I G E R.

A 320. ad 500. ergo fiet mutatio, poſt nimirum 300. annos. & quia ſunt minus quam 300. anni à 320. ad 500. continuabitur vſque ad 800. vnde incipiet alia mutatio. Et quia à 320. ad 800. ſunt plus quam bis 300. anni, & tamen duæ tantum factæ ſunt mutationes 8. & 9. id compenſabitur in anno 1100. Et ſic deinceps: donec in anno 1400. Epacta primi aurei numeri erit xi. vſque ad annum 1582. in quo exemptis x. diebus, pro xi. Epacta, erit Epacta 1: quæ hodie durat, durabitque ad annum 1700. in quo Epacta poſt 300. annos debebat creſcere in anno

Iuliano:

Iuliano: ſed propter omiſſionem biſſexti in anno 1700. pro 1. erit 0. Sic in ſequentibus idem erit. Volo igitur ſcire Epactam anni Chriſti poſt x. dies exemptos. Sume ex tabella æquationis annum Chriſti propoſitum, ſi quidem præciſe inuenitur: ſin autem, annum proximè minorem. numerus illi ſuppoſitus erit character primi aurei numeri: qui putatus in cyclo Epactarum perpetuo, & deſinens in numero anni cycli currentis oſtendet Epactam anni propoſiti. Volo ſcire Epactam anni Chriſti 1700. qui quidem cum præciſe in tabula æquationis reperiatur, character 0, illi ſuppoſitus erit numerus primus illius anni 1700. & cum aureus numerus ſit x, in cyclo perpetuo ſi ab Epacta 0. deinceps decem putaueris, deſines in ix. quæ eſt Epacta anni propoſiti 1700. Rurſus volo ſcire Epactam anni 1914. Cum is numerus in tabella æquationis præciſe non inueniatur, character 29, ſub proxime minore 1900. erit numerus primus aureus propoſiti anni 1914. Et cum aureus numerus xv. currat, in cyclo à xxix. quindecim putata deſinunt in iij quæ eſt Epacta anni propoſiti 1914. [a] Hæc methodus melior eſt Liliana: quamuis ei imperitiſſimè obtrectari poſſit aliquis Poſſeuinus. a

CLAVIVS.

[a] *QVASI vero hæc quoque Liliana non ſit, & à nobis illi alteri certis de cauſis, vt ſupra docuimus, poſthabita: vt Poſſeuino opus non ſit. quem virum & pium, & ſatis doctum, neſcio cur Scaliger potiſſimum delegerit, in quem toties per ludum ac iocum incurreret.*

SCALIGER.

b NAM quorſum illa retroceſſio ad tertiam cellam, ſi compendi fieri poteſt ille labor? Hoc eſt inſtitutum Lilij, huius formæ auctoris: hæc methodus illius anni. Nunc quid in ea ſit, quod interſit Reipublicæ corrigere, dicam. b

CLA-

CLAVIVS.

NEC inutilis, nec laborioſa eſt illa retroceſſio, vt docuimus lib. 2. Apologiæ cap. 4. & paulò ante indicauimus.

SCALIGER.

OECONOMIAE EXEMPTILIVM BISSEXTORVM ELENCHVS ET CASTIGATIO.

[a] VITIVM non leue interuenit periodo tetra coſietericæ in œconomia trium biſſextorum reiiculorum, propterea quod reiectio ante iuſtum tempus præcipitetur. Cum enim fine 132. annorum biſſextum tollendum ſit, id fit fine 100. annorum: & quod in 400. annis faciendum erat, id in 300. præuertitur.

CLAVIVS.

[a] NVLLVM eſt vitium, ſi omiſſio dierum biſſextilium in annis centeſimis, vt nos præcipimus, inſtituatur: quippe cum hac ratione rectius æquinoctium ſua in ſede conſeruetur, quam ſi modo anno 132. modo 136. vt vult Scaliger, dies intercalaris omittatur. Quæ omnia lib. 1. Apologiæ cap. 5. à nobis pluribus explicata ſunt. vt magnopere mirer, tam ingenioſum virum adeo immemorem eſſe, vt hanc methodum intercalandi modo anno 132. modo 136. aliaque permulta in eadem Apologia à nobis tradita, pro ſuis venditet.

SCALIGER.

[b] RVRSVS quod in centum annis fit, id vt iterum fiat, ducenti anni expectandi ſunt. Nam anno Chriſti 1900. omittendum eſt biſſextum. Anno autem 2000. continuatur. anno 2100. iterum omittitur. Ab anno prioris omiſ-

omiſſionis 1900. ad annum poſterioris 2100. anni ſunt 200. Et cum anno etiam 1800. facienda ſit omiſſio, ducentis ergo annis fiunt omiſſiones duæ, & aliis ducentis vna.

CLAVIVS.

a *RATIO cogit, vt ita fiat. quod eodem cap. 5. lib. 1. Apologiæ declaratur. Nimirum quia cum ſpatio annorum 400. omittendi ſint tres dies biſſextiles, hiq. iam prioribus 300. annis ſint prætermiſſi, alius dies anno 400. omitti non debet. Continuandus igitur tunc erit biſſextus, vt compenſetur id, quod in 300. annis plus iuſto ablatum eſt. Id autem reſtituitur, cum anno 400. nullus dies aufertur.*

SCALIGER.

b QVAE hæc eſt inæqualitas? in vna centuria biſſextum omittitur, in alia continuatur. Hoc doctus Clauius excuſare voluit: & tamen nemini perſuaſit, ſaltem qui aliquid in hoc negotio videat. b

CLAVIVS.

b *VIDE ne æquitas potius ſit: cum fiat, quemadmodum dictum eſt, compenſatio. quod quidem ita cæteris perſuaſimus, vt nemo adhuc, quod quidem ſciamus, præter Scaligerum, auſus ſit improbare. Nec vero quiſquam improbare poterit, niſi qui iniquus rerum æſtimator & eſſe, & haberi velit.*

SCALIGER.

c ECQVID ergo cauſæ eſt, cur hoc non caſtigemus? c

CLAVIVS.

c *NIHIL, ſi rectum caſtigare, & corrigere, æquum eſt. Sed videamus, quæ tandem iſta ſit caſtigatio.*

SCALIGER.

d IN 400. annis ſunt bis 132. & ſemel 136. Ergo in annis 132. 264. 400. biſſextum omittatur. Ita nulla abſurditas, aut inæqualitas committetur, quæ euitari non poteſt in biſſexto præcipitando.

CLAVIVS.

d *AT vide, quam iniqua ſit iſthæc caſtigatio, & quemadmodum, quæ corrigere vis, depraues. Nos æquam illam inæqualitatem inducimus, vt quam minimum à die 21. Martij æquinoctium recedere patiamur. Noſtra enim ratio nunquam ſinit æquinoctium per totum diem à ſua ſede abeſſe. de quo accuratiſſimus Scaliger non laborat. Huc accedit, quod etiamſi omiſſio illa in centeſimis annis minus eſſet accurata, tamen quia ad vulgi captum, memoriamque longè eſt accommodatior, iſti anteponenda videretur. Id quod à nobis in Apologia, lib. 1. cap. 5. vberius explicatum eſt.*

SCALIGER.

IN 132. annis ſunt tres cycli Solis abſoluti cum viginti annis cycli quarti imperfecti. In 136. ſunt totidem cycli ſolares abſoluti cum 24. annis quarti inchoati. a, Ergo cyclus antiquus Solaris, qui quater in Liliana forma interrumpitur, in hac ter tantum interrumpetur. Nam litera Dominicalis anni primi periodi erit G, litera anni 133. D. litera anni 265. A. Facilius igitur retinebuntur tres literæ G, D, A, quam quatuor G, B, D, F. Cum igitur anno Chriſti 1601. cyclus Solis incipere debeat à litera G, anno 1733. incipiet à litera D, anno vero 1865. à litera A. Quare vertente periodo rurſus anno 2001. cyclus inibit à litera G, vt antea: & ſic in infinitum. Quo facto omiſſioni biſſexti ante tempus non præuertetur.

CLA-

CLAVIVS.

a FVGIT te ratio, mi Scaliger, dum tantopere tuam iſtam rationem, quaſi filiolam, amplexaris. Cum enim cyclus Solis nunquam interrumpatur, niſi cum dies biſextilis omittitur, quis non videt, in noſtra æquatione ter tantum interrumpi, cum in 400. annis tres tantum dies eximantur, quot eximuntur in tua methodo. Id planius intelliges, ſi accuratius conſiderabis non dicam tabulam noſtram in Gregoriano Calendario poſitam, ſed illam ipſam tuam, quam in hoc libello poſuiſti. Perſpicies enim, tres haſce literas duntaxat, B, D, F, retinendas eſſe, non autem quatuor G, B, D, F, vt falsò exiſtimas.

SCALIGER.

b QVOD vitium in methodo Liliana quot alia porrò propagare poteſt in rationibus æquinoctii & Lunæ? quæ aliis diſcutienda relinquimus. b

CLAVIVS.

b QVOD vitium appellas in methodo Liliana, nullum eſſe docui. Expecto dum oſtendas, quæ alia porrò hinc vitia propagari poſsint: interim nos oſtendemus, (oſtendemus autē aliquanto poſt) quot vitia in Scaligeriana methodo lateant, & quot alia porro propagari poſsint.

SCALIGER.

EPACTARVM PERPETVO PER XI. PROGREDIENTIVM ELENCHVS.

c EPACTAS ſecundum Ψηφοφορίαν medii motus c

 Lunæ

Lunæ vndenario alias maiores, alias minores eſſe, etiam mediocriter docti ſciunt. Quare ſi hoc anno Epacta currens Nouilunia in Calendario rectè oſtendat, poteſt fieri, vt Epacta ſequentis anni id non fideliter præſtet, quia adiectione perpetua xi. indagata eſt. Aliquando igitur Epactæ Nouilunia anteuertunt, aliquando non aſſequuntur.

CLAVIVS.

c *VERISSIME hoc dicitur. Sed qui conuenit, vt is, qui inæquales eſſe Epactas oſtendit, Gregorianum Calendarium accuſet, quod non ſemper exactè Nouilunia, & quartasdecimas indicet? Nimirum Eccleſia, vt politicum annum inſtituat, certam aliquam, & popularem Epactarum rationem ſequi cogitur. Quocirca Epactas inducit, per vndenarium progredientes, niſi quod poſt aureum numerum 19. Epactæ, quæcunque illa ſit, pro 11. addit 12. vt ſcilicet cum aureo numero 1. concurrens Epacta formetur. Id quod lib. 2. Apologiæ cap. 4. fuſius declaratum eſt. Vt valde mirer, rem ad Nouiluniorum rationem adeo neceſſariam, doctiſſimi viri Scaligeri acumen ſubterfugere potuiſſe.*

SCALIGER.

CVM igitur Epactæ olim ab Eccleſia inſtitutæ fuerint ob hoc præcipuè, vt plenilunia Paſchalia oſtendant, d non leuiter peccabitur, ſi vulgarem progreſſum Epactarum ſequamur.

CLAVIVS.

d *AT vide, quàm leuiter, quàm non ſæpe in noſtrarum Epactarum ratione peccetur, quamuis per vndenarium, vt diximus, progrediantur. Totis quippe tribus millibus annorum vix ſemel, aut iterum quartadecima*

Luna

Luna iuſto citius indicatur in Calendario Gregoriano? Quod quidem peccatum venia dignum fateberis, cum nullus cyclus omnia vitare poſſit incommoda, & cum, quam grauiter, quamque ſæpe in tua ratione peccetur, deinceps oſtendero.

SCALIGER.

SAEPE enim anteuertunt plenilunium vno die, c quam Latini quartamdecimam Lunam, Græci Computi auctores nunc τεσσαρεσκαιδεκάτην, nunc πανσέληνον vocant. Mirum enim quantum in hoc turbent Latini auctores, cum quartamdecimam nunc confundunt, nunc inter ſe diſtinguunt.

CLAVIVS.

c *CVR interdum Latini, Græciq; terminum Paſchalem appellent nunc quartamdecimam Lunam, nunc plenilunium, cauſa, ſi quæris, hæc eſt: quia finis quartædecimæ initium eſt quintædecimæ, ſiue plenilunij. quo die, ſi Dominicus eſt, Paſcha celebratur: præſertim verò, cum quartadecima die plena Luna videatur, non ſecus, ac quintadecima. Cæterum cum ſedem Paſchalem inquirunt, quartamdecimam Lunam numerant à die Nouilunij, quem cyclus offert, ſed ita, vt ipſe quoque dies Nouilunij numeretur. Nec laborant vllo modo, vtrum is dies incidat in ipſum plenilunium, an vno die antecedat, (quod præoptant) aut ſubſequatur: vt cap. 6. lib. 2. Apologiæ abunde docuimus.*

SCALIGER.

SI enim terminus Paſchalis eſt quartadecima Luna, ea autem non eſt plenilunium: accidat exempli grati, quartadecima Luna in Sabatho. Dominica ſequente igitur, ſecundum Canonem, Paſcha chriſtianum celebrabitur. Sed

eſt plenilunium. Ergo Paſcha celebrabitur in plenilunio,
a [a] contra Canonem, ſiquidem quartadecima nõ eſt plenilunium. Nam tunc neceſſe quintamdecimam eſſe pleniluniũ

C L A V I V S.

a *QVIS tandem Canon Paſcha in plenilunio celebrari vetat? Equidem Canonem eiuſmodi nullum inuenio: video autem Venerabilem Bedam, Paulum Middelburgenſem, & alios doctiſſimos Eccleſiaſtici Computi auctores docere, nunquam rectius Paſcha, quam in plenilunio, hoc eſt, Luna XV. celebrari: quippe cum cæteri dies a Plenilunio ad Lunam xxi. addantur propter Dominicam, quæ non ſemper in Lunam XV. incidit. Qua de re pluribus diſſeruimus cap. 3. lib. 1. Apologiæ, & cap. 6. lib. 2. Reliquum igitur eſt, vt Scaliger nobis oſtendat, vbinam Canon iſte lateat.*

S C A L I G E R.

ERGO quartadecima Chriſtianorum eſt plenilunium,[b] Et propterea quartadecima dies notata ab Epacta
b in antiquo Calendario Eccleſiaſtico eſt plenilunium Paſchale. Idem etiam ſecutus eſt auctor anni noui, cuius Epactæ, vt ipſe monuit, ſerius vno die notant Nouilunia, vt ab ipſis quartadecima putata incidat in plenilunium.

C L A V I V S.

b *ID vero non de induſtria fit, ſed forte accidit, vt quartadecima Calendarij in plenilunium incidat; propter poſtpoſitionem videlicet Nouiluniorum. quæ ipſa poſtpoſitio fruſtra non eſt: præſtat enim nobis, ne quartadecima Paſchalis biduo plenilunium anteuertat. Atque hoc illud eſt, quod ſecutus eſt auctor anni noui: non au-*

tem, vt quartadecima à Nouilunio putata incidat in plenilunium, quamuis hoc interdum caſu fiat.

SCALIGER.

c ERGO quartadecima Liliana eſt quintadecima à Nouilunio, & proinde plenilunium. c

CLAVIVS.

c *QVARTADECIMA Liliana poteſt illa quidem interdum quintadecima eſſe à Nouilunio vero, vt proximè diximus, non tamen a Nouilunio cycli, in quo cardo vertitur: ac proinde nunquam erit plenilunium cycli.*

SCALIGER.

QVARE ſatis mirari non poſſum, doctiſſimum Mathematicum Chriſtophorum Clauium, [a] non ſolum aliter ſentire, ſed etiam putare, Paſcha Chriſtianum plenilunio celebrari licere. a

CLAVIVS.

a *DESINAT mirari doctiſſimus Mathematicus Ioſephus Scaliger. neque enim ego poſſum non aliter ſentire, qui nolim à Canonibus, & Decretis Patrum diſcedere: videamque* Paſcha Chriſtianum plenilunio celebrari non ſolum licere, ſed etiam ſolere. *quod non ita multo poſt demonſtraturi ſumus.*

SCALIGER.

b QVIS hoc illi concedat? Quartadecima, inquit, eſt quæ incluſiue numeratur à Neomenia. b

CLAVIVS.

b *ROGAS mi Scaliger? Concedunt Canones: concedunt Decreta Patrum: concedunt Computi auctores vniuerſi, qui quartamdecimam à Nouilunio cycli numerare ſolent.*

SCALIGER.

c c QVARE igitur quartadecima Liliana eſt quintadecima, etiam teſte ipſo, quod paulò ante attigimus, Lilio?

CLAVIVS.

c *IAM dixi, hoc forte euenire, ex poſtpoſitione Nouiluniorum, quæ maiora vitat incommoda. Neque id verum eſt, quod Scaliger affirmat, quartamdecimam Lilianam ſemper eſſe quintamdecimam.*

SCALIGER.

d d QVARE terminum Paſchalem Græci vocant πανσέληνον?

CLAVIVS.

d *QVIA parum a plenilunio diſtat, vt diximus.*

SCALIGER.

e e QVARE quartadecima veteris Calendarij eſt plenilunium congruens illi ſeculo, quo Epactæ excogitatæ, & Calendario appoſitæ ſunt? Nemo negat Dionyſiacas quartasdecimas, quibus vſque ad 1583. annum Eccleſia vſa eſt, eſſe eas, quæ congruebant tempori concilij Nicæni: quod & Clauius ipſe fatetur.

CLAVIVS.

e *PERINDE hoc ſumis, quaſi verum, ac perpetuum ſit, non autem fortuitum, ac ſæpe falſum. Id adeo cuiuſmodi ſit, intelligi licet ex cap. 6. lib. 2. Apologiæ pag. 261. Vbi ſatis apparet, in veteri Calendario poſt Concilium Nicænum edito, ab eo tempore ad annũ 495. quartamdecimam Paſchalem decies (quod ex collocatione aureorum numerorum, & calculo pleniluniorum colligitur) anteuertiſſe plenilunium binis ferme diebus, quod fas non erat: plerunque autem ſingulis, quod Canones*

nones

BIBLIOTECA PUBLICA LERIDA

nones iubebant. Qui ergo audes dicere, Lunas xiiij. circa Nicæni concilij tempora fuiſſe plenilunia? Atque vt non ſolum animo, ſed etiam oculis videas, te falsò aſſerere, Lunas xiiij. circa tempora concilij Nicæni incidiſſe in plenilunium, aſpice hosce 19. annos ſubiectæ tabellæ. Comperies enim in ijs, quamuis 100. ferme annis à concilio Nicæno abſint, nunquam Lunam xiiij. à Nouilunio cycli numeratam incidiſſe in plenilunium, ſed ſemper toto ferme biduo illud anteuertiſſe, annis biſſextilibus exceptis, quibus Lunæ xiiij. cycli vno tantum die Plenilunia præcurrunt; quod in ijs Lunæ xiiij. longius à cæleſtibus Nouilunijs abſint.

Anni Dom. / Aur. num.	418 / 1	419 / 2	420 / 3	421 / 4	422 / 5	423 / 6	424 / 7
Luna xiiij.	5.A	25.M	13.A	2.A	22.M	10.A	30.M
Plenil. med.	D.H 6.9	D.H 26.18	D.H 13.16	D.H 3.1	D.H 23.9	D.H 11.7	D.H 30.16
Anni Dom. / Aur. num.	425 / 8	426 / 9	427 / 10	428 / 11	429 / 12	430 / 13	431 / 14
Luna xiiij.	18.A	7.A	27.M	15.A	4.A	24.M	12.A
Plenil med.	D.H 18.13	D.H 7.22	D.H 8.7	D.H 15.4	D.H 4.13	D.H 24.22	D.H 12.20
Anni Dom / Aur. num.	432 / 15	433 / 16	434 / 17	435 / 18	436 / 19	—	—
Luna xiiij.	1.A	21.M	9.A	29.M	17.A		
Plenil. med.	D.H 1.4	D.H 21.13	D.H 9.11	D.H 29.20	D.H 16.17		

SCALIGER.

a a ANNVS Chriſti 429. abeſt à concilio Nicæno annis centum tantummodo, quo interuallo nulla, quæ quidem ſenſibus poſſit percipi, Lunæ fit anticipatio. In eo anno Chriſti 429. terminus Paſchalis, ſiue quartadecima Dionyſiana, erat in quarta Aprilis. Ergo 304. annis ante illum annum, id eſt, anno 125. quartadecima erat in V. eiuſdem: quia in 304. annis fit Lunæ προέμπτωσις. Sed anno Chriſti 125. qui erat Nabonaſſari 872. facta eſt Eclipſis Lunæ 17. Pachon completa, id eſt, 4. Aprilis, 8. hora à meridie Alexandriæ.

CLAVIVS.

a NIHILO verius eſt, quod hoc loco aſſumitur. Nam ſi medium motum ſpectes, quem ſequitur Eccleſia potius, quàm verum, vt in Apologia docuimus, anno 429. plenilunium fuit die 5. Aprilis, hoc eſt, die 4. hor. 13. & eò amplius, poſt meridiem, quod ex ſuperiore proxima tabella liquet. Quocirca Luna xiiij. cadens in diem 4. anteuertit plenilunium vno fermè die, vt par eſt. Rurſus anno 125. plenilunium medium incidit in 6. Aprilis, nimirum in diem 5. hor. 12½. à mer. Ergo Luna xiiij. in diem 5. cadens præcurrit plenilunium vno ferme die. quod canonibus congruit. His igitur annis quartadecima plenilunium non fuit. quod pro certo à Scaligero aſſumitur.

SCALIGER.

b b EN Eclipſis Lunæ incidens in initium quartædecimæ.

CLAVIVS.

b ESTO inciderit Eclipſis Lunæ in quartædecimæ initium, hoc eſt, in verum plenilunium: facile hoc tibi concedam, quod vis, dum illud mihi viciſſim concedas, quod

quod neceſſe eſt, medium plenilunium tunc factum eſſe poſt Lunam xiiij cycli, vt diximus. quod ſatis nobis eſt.

SCALIGER.

c ERGO quartadecima Chriſtianorum eſt plenilunium. c

CLAVIVS.

c *QVANTO rectius ita concluderes. Ergo Luna xiiij. interdum eſt plenilunium. Quis enim iſtam concluſionem probet. Luna xiiij. cycli aliquando in plenilunium, vel diem 15. Lunæ incidit. ergo quartadecima eſt plenilunium? Tum vero efficeretur id, quod uis, ſi Luna xiiij. in plenilunium ſemper incurreret. quod neque probatum eſt, neque probari poteſt.*

SCALIGER.

a RVRSVS anno Chriſti 59. defecit Sol die 30. Aprilis, teſte Plinio. Terminus Paſchalis illius anni debebat eſſe in xiiij. Aprilis. Nam 304. annis poſt fuit in xiij. eiuſdem menſis. a

CLAVIVS.

a *NIHIL dico, nondum quicquam conſtitutum fuiſſe de celebratione Paſchatis anno Chriſti 59. cum centum propemodum annis poſt, Pio Pontifice, res agitari cœpta ſit. hoc dico: anno Chriſti 59. plenilunium medium (quod ex tabulis, quas cap. 6. lib. 2. Apologiæ propoſuimus, patet) fuiſſe die 15. Aprilis, hor. 13 $\frac{1}{2}$. à meridie, quod diei 16. adſcribendum eſt. Igitur terminus Paſchalis eo anno cadens in diem 14. plenilunium anteuertit penè biduo. Rurſus anno 363. nimirum 304. annis poſt, plenilunium medium fuit die 14. Aprilis, hor. 14. à mer. hoc eſt, die 15. Luna igitur xiiij. quæ eo anno incidit in diem 13. præuenit plenilunium ite-*

rum,

rum ferè biduo. Hiſce ergo annis 59. & 363. Luna xiiij. non incidit in plenilunium, vt tu contendis, ſed ipſum fermè biduo præuenit.

SCALIGER.

QVARE ſi terminus Paſchalis eſt quartadecima Luna, xv. ergo Aprilis fuit plenilunium. à qua ad Eclipſim
b ſunt tantum 14. dies, b quod eſt ineptum.

CLAVIVS.

b VIDE ne ineptius ſit, id perperam reprehendere. Nam ſi Ephemerides diligentius conſiderabis, profectò reperies, non rarò inter Nouilunium, & ſubſequens plenilunium 16. dies intercedere, ac tum plenilunium dies 14. ab Eclipſi, ſiue Nouilunio ſubſequente abeſſe. Nec mirum, ſæpe etiam contra accidit. Conſidera, ne longè abeam, Nouilunium Februarij anni 1596. Id ſanè ex Ephemeridibus Ioannis Antonij Magini, in 27. diem incidit, hor. 15. à mer. plenilunium autem in diem 14. Martij, hor. ½. ante mer. Proximum deinde Nouilunium erit die 28. Martij, hor. 8. fermè poſt mer. Vides ne plenilunium abeſſe à Nouilunio antecedente dies ferè 16. ab inſequente verò tantum 14.?

SCALIGER.

c c ERGO plenilunium proximè antecedens accidit ſub finem xiiij. Quartadecima Chriſtianorum eſt plenilunium.

CLAVIVS.

c IMMO plenilunium medium, vt paulò ante dictum eſt, incidit in diem 15. Aprilis, hor. 13. poſt mer. Non igitur Luna xiiij. in diem 14. cadens, eſt plenilunium.

SCALIGER.

SED eſto, vt vult Clauius. a Hoc modo error

non

non erit in celebratione Paſchali anni 1598. Nam, vt ipſe vult, Paſcha Chriſtianum poteſt etiam in ipſa die plenilunij celebrari.

CLAVIVS.

a *ADIVVO te. non modo error non eſt in celebratione Paſchatis anni 1598. cum celebretur in plenilunio medio, ex Canonum præſcripto: ſed errauit Mæſtlinus, alijq; nonnulli, vt oſtendi lib. 2. Apologiæ cap. 6. qui errorem putarunt.*

SCALIGER.

b CVR igitur fatetur, huic incommodo remedium inueniri non poſſe, propter æqualem Epactarum ſeriem, quæ ſæpenumero Nouilunia non aſſequuntur? b

CLAVIVS.

b *HOC vero aliter abs te accipitur, atque à me dictum eſt. Equidem nunquam dixi, Paſcha anni 1598. non eſſe legitimum. Hoc dixi, remedium adhiberi non poſſe, quin interdum, etſi rarò, Paſcha Luna xiiij. ante plenilunium celebretur. quod tamen in annum 1598. neutiquam cadit.*

SCALIGER.

NAM ſi anno 1598. Paſcha in plenilunio celebrabitur: id autem fieri licere c nouus Canon Clauii permittit. c

CLAVIVS.

c *QVIN potius id antiquus canon Pontificum, Conciliorum, & eorum, qui de recta Paſchatis celebratione ſcripſerunt, permittit.*

SCALIGER.

d QVID ergo opus eſt excuſare, quod rectè ſe habet? d

CLA-

CLAVIVS.

d *VBINAM excuſaui? An cum aduerſus Mæſtlinum, legitimum eſſe demonſtraui? At aliud defendere, aliud excuſare eſt.*

SCALIGER.

e SANE melius ſibi conſuluiſſet Clauius, ſi ſextum caput ſecundi libri ſui non publicaſſet.

CLAVIVS.

e *SANE melius ſibi conſuluiſſet Scaliger, ſi ſextum illud caput intactum reliquiſſet, cum nihil aliud in eo contineatur, niſi doctrina Patrum, conciliorum, & Computi auctorum, ac præterea perpetuus vſus Eccleſiæ Catholicæ in Paſchate celebrando.*

SCALIGER.

IN quo multa dixit, [a] quæ nemini harum rerum paulò intelligentiori perſuadebit.

CLAVIVS.

a *AT iſta perſuaſi iam omnibus regnis, ac prouincijs, quæ Romani Pontificis auctoritatem ſequuntur. Nec quiſquam ex ijs, qui in Canonibus Patrum, concilijs, Computoq; Eccleſiaſtico verſati ſunt, quidquam eorum auſus eſt improbare. quamquam ipſe quoque Scaliger, qui contra ea nihil afferat, ſatis probat.*

SCALIGER.

QVARE vt in aliis Mæſtlinum iure reprehenderit, in eo iniuriam illi facit, cum ei iraſcitur, quia quartamdecimam Chriſtianorum plenilunium eſſe putarit.

CLAVIVS.

b *HANC iniuriam non agnoſceret Scaliger, niſi propter ſocietatem erroris, ad ipſum quoque Mæſtlini reprehenſio pertineret. Nec verò ego in eo tam iniuriam*

Mæſtli-

Mæſtlino facio, quàm Gregorianum Calendarium ab illius iniuria vindico: quippe cum ille, vt Scaliger, contra vſum Eccleſiæ, ac decreta Patrum, quartamdecimam Lunam plenilunium eſſe contendat, ac proinde in plenilunio Paſcha celebrari non poſſe.

SCALIGER.

SED audiamus ipſum Clauium capite quarto eiuſdem libri: Nouilunia, inquit, aurei numeri circa annum Domini 500. ſerius contingebant, quam in cælo, ac proinde ad vſum Eccleſiæ magis accommodata erant. Ergo doctiſſime Claui, quartadecima ab Epacta erat quintadecima à Nouilunio; & proinde plenilunium. Ego te ipſummet iudicem fero, ni quæ toto capite ſexto dixiſti, omnia à vero longè aliena ſint, niuè Mæſtlinum perperam inſimulaueris.

CLAVIVS.

HVC & illuc, doctiſſime Scaliger, te verſes licet, quartamdecimam plenilunium eſſe, efficies nunquam. Sæpe iam dixi, Nouilunia à nobis de induſtria eſſe poſtpoſita, vt caueremus, ne Luna xiiij. plenilunium biduo præueniret. quæ cauſa eſt, quamobrem Luna xiiij. interdum in plenilunium incidat, licet plerunque illud antevertat. Quæ eſt igitur iſta tua concluſio: Nouilunia ſunt poſtpoſita. ergo Luna xiiij. eſt quintadecima? Nam ſi quando accidit, vt quartadecima ſit quintadecima, caſu fit, propter Epactas, vel aureum numerum, non conſultò, vel quod ita ſancitum ſit. Audi Bedam lib. 5. Eccleſ. hiſt. gentis Anglorum cap. 22. Si ergo, inquit, fieri poſſet, vt ſemper in diem quintumdecimum primi menſis, id eſt, in Lunam xv. Dominica dies incurreret, vno ſemper eodemq; tempore Paſcha

ſcha celebrare poſſemus. *Hic ego te ipſum arbitrum ſumo, modo te æquum præbeas, ni quæ toto cap. 6. dixi, omnia vera ſint, niue Mæſtlinum meritò inſimulauerim: quippe cum illa omnia cum canonibus, & Computi ſcriptoribus conſentiant, quibus Mæſtlinus aduerſatur.*

SCALIGER.

a INVESTIGENTVR omnes Computi vetuſtiſſimi Græci, Latini, Syriaci, Arabici. In omnibus terminus Paſchalis eſt plenilunium.

CLAVIVS.

a EQVIDEM *inueſtigaui omnes, quoſcunque nanciſci potui. reperio vniuerſos docere, Paſcha celebrandum poſt Lunam xiiij. cycli Lunaris, ſiue ea ſit plenilunium, ſiue proximè plenilunium antecedat, aut ſequatur. Illud modò cauent, ne ante plenilunium, quoad eius fieri poteſt, celebretur. Quod ſi qui Computi ſcriptores tradunt (quod rarò faciunt) Paſchalem terminum eſſe plenilunium, id eò dicunt, quod Luna xiiij. initium ſit plenilunij, quamuis dies quartadecima ſit à Nouilunio.*

SCALIGER.

b ARGYRVS terminum Paſchalem τὸ ἰουδαϊκὸν πάσχα ϗ πανσεληνιακὴν συζυγίαν vocat.

CLAVIVS.

b Non male Argyrus, ſi bonum habeat interpretem. Is enim terminum Paſchalem plenilunium propterea vocat, quod quartadecima Luna parum à plenilunio differat; vel certe, quia eius ætate (ſimiliter vt noſtra ante correctum Calendarium) Luna xiiij. ſemper plenilunium conſequebatur; quippe cum Luna à Concilio ad id tempus per dies ferme tres ſuam ſedem anteuertiſſet.

SCA-

 c

SCALIGER.

CHRISTVS reſurrexit poſt plenilunium, nempe die xvi. Niſan.

CLAVIVS.

c *MIROR hoc Scaligero excidiſſe, in quo manifeſtus error (licet ad rem non faciat) deprehenditur. Nam ſi Chriſtus crucifixus eſt ipſo plenilunio (vt teſtatur Dionyſius Areopagita, & conſtat inter omnes) hoc eſt, Luna xv. qui conuenit, vt quintadecima Luna mortuus, ſextadecima reſurrexerit, niſi forte Chriſtum poſtridie, quam mortuus eſt, hoc eſt ſabbatho reſurrexiſſe arbitratur?*

SCALIGER.

d PROPTEREA Dominica poſt plenilunium præcipitur πάσχα ἀναστάσιμον celebrari. d

CLAVIVS.

d *NON rectè accipis Scaliger. Dominica poſt Lunam xiiij. non poſt plenilunium, præcipitur Paſcha celebrari. quod ex Pij, Victoris, aliorumq. Pontificum, & conciliorum decretis ſatis liquet, & a nobis declaratum eſt in Apologia.*

SCALIGER.

NAM τεσσαρεσκαιδεκατῖτας dupliciter peccabant: tum quod in plenilunio, tũ quod non Dominica celebrabant; ſiquidem plenilunium in aliam feriam incurreret. a

CLAVIVS.

a *QVARTADECIMANI idcirco peccabant, quod Paſcha Luna xiiij. non in plenilunio, celebrabant, niſi forte, cum Luna xiiij. per cyclum indicata in plenilunium incideret. quod circa tempora concilij Nicæni raro admodum contigebat. qui ſi in plenilunio Paſcha celebraſſent, Vel Luna xv. vt vult Scaliger,* πανσε-

D λήνι-

λῳναι hoc eſt, pleniluniani, appellati forent, aut quinta-decimani. quod tamen nuſquam reperitur.

SCALIGER.

b QVARTADECIMA igitur Chriſtianorum eſt plenilunium, quicquid aduerſetur doctus Clauius. Erit igitur quintadecima à Nouilunio, etiam ipſo Clauio, & Lilio teſtibus. Aio illam quintamdecimam à Nouilunio, quam Eccleſia vocat quartamdecimã, nunc eſſe quintamdecimam a Nouilunio, nunc autem quartamdecimam: idque propter æquabilem Epactarum per xi. progreſſum: quod & ipſe Clauius quoque in ſua Apologia fatetur.

CLAVIVS.

b EODEM reuoluitur. ſed ſatis hoc ſupra refutatum eſt. Nam quod interdum quartadecima cycli eſt quintadecima à cæleſti Nouilunio, id accidit propter Nouiluniorum cycli poſtpoſitionem, & non ita frequenter, cum plerunque vno tantum die plenilunium anteuertat.

SCALIGER.

c ATQVI medendum erat illi malo: hoc eſt, non ſemper erat ſequenda adiectio vndenarii ad inueſtigationem Epactæ.

CLAVIVS.

c QVASI vero ſapientis medici non ſit, leuius malum negligere, cui mederi non poteſt ſine grauiore malo. nimirum ſi illi malo mederi nos voluiſſemus, nec ſemper ſequi adiectionem vndenarij ad inueſtigationem Epactæ, turbaſſemus omnia: quippe ex conſuetudine Eccleſiæ, proponendæ populo ſunt regulæ faciles, & vnius modi, ne forte eos, qui vſuri ſunt, fallant.

SCALIGER.

FINGAMVS, vt in periodo Solari fecimus, Lilianam for-

nam formam ab initio annorum Chriſti obtinuiſſe : & ab anno Chriſti 1577. qui eſt Iudaicus 5337. inſtituamus cyclum Lunæ decemnouennalem, adiectis neomeniis Iudaicis, quarum plenilunia non incidunt ante 21. Martii Liliani, a quibus neomeniis ex more Iudæorum præpoſita eſt feria, quæ mutatur, quoties horæ ſequentes peruenerunt ad 18. Adiecimus etiam literam Dominicalem Lilianam, ad notandam in Calendario Nouilunii epocham, vt habes in ſubiecta tabella. a

	Linea Cycli	*Anni Chriſti*	*Litera Dom. Liliana.*	*Neomeniæ Iudaicæ*			*Menſes Liliani.*	*Epactæ Neomeniarũ*
				Feria.	*Horæ.*	*Scrup. 1080.*		
	1	1577	B	3.	13.	256	29 M	2
	2	1578	A	7.	22.	52	19 M	12
ADAR	3	1579	G	5.	6.	928	8 M	23
	4	1580	FE	4.	4.	437	26 M	5
	5	1581	D	1.	13.	233	15 M	16
	6	1582	C	7.	10.	822	3 A	26
	7	1583	B	4.	19.	618	24 M	7
	8	1584	AG	2.	4.	414	12 M	19
	9	1585	F	1.	1.	1003	31 M	29
	10	1586	E	5.	10.	694	20 M	11
AD.AR.	11	1587	D	2.	19.	595	10 M	21
	12	1588	CB	1.	17.	104	27 M	4
	13	1589	A	6.	1.	980	17 M	14
	14	1590	G	4.	23.	489	5 A	24
	15	1591	F	2.	8.	285	25 M	6
	16	1592	ED	6.	17.	81	13 M	18
	17	1593	C	5.	14.	670	1 A	28
	18	1594	B	2.	23.	466	22 M	9
	19	1595	A	7.	8.	262	11 M	20

CLAVIVS.

a *QVID Iudæis cum Scaligero? Ne ſit tibi, mi Ioſephe, res cum Iudæis. Semper dolos, ac fallacias meditantur. Mihi crede, fucum facient, teq. iſtæ Neomeniæ Iudaicæ impellent in fraudem. Id vero paulò poſt ſenties, cum ex eo tabellam tuam vitium facere, ac ruere videris.*

SCALIGER.

In hac tabella habes, primum lineam annorum aurei numeri ab anno Chriſti 1577. ad annum 1595. Sequitur litera Dominicalis Liliana. Quarto loco Neomenia Iudaica, quæ ſemper eſt Niſan, præterquam in annis 3. & 11. in quibus Adar ſumitur pro Niſan, quia eius plenilunium incidit poſt xx. Martij Liliani. Primus numerus Neomeniæ Iudaicæ eſt feria hebdomadica, ſecundus horæ medij motus Lunæ, tertius reſidua de ſcrupulis 1080. Exemplum. In anno primo cycli, hoc eſt, anno Chriſti 1577. Neomenia fuit 3. 13. 256. Primus numerus indicat Nouilunium contigiſſe feria tertia. & quia litera Dominicalis eſt B. Ergo feria tertia erit litera D. & propterea Neomenia Iudaici Niſan incidit in 29. Martij Liliani hora 13. 256. ab initio noctis, quæ præcedit diem propoſitam 29. Quando vero horæ peruenerunt ad 18. aut ultra, tunc feria augetur vnitate. Vt, exempli gratia, anno ſecundo cycli Neomenia fuit 7. 22. 52. Quia horæ vltra 17. 1079. peruenerunt, propterea pro Feria 7. ſumenda feria prima, hoc eſt, litera A, pro G. & ita ſemper. In primo anno cycli videmus verum eſſe, quod monet Lilius, Epactas Dionyſianas, quas ipſe diminuit denario numero, vno die ſerius notare Nouilunia. Nam Epacta Dionyſiana xi. quæ hodie eſt 1 ſerius indicat Nouilunium vno die: cum Epacta vera Neomeniæ ſit ij. & propterea, quod iam attigimus, a quartadecima Dionyſiana, ſiue Liliana, eſt plenilunium.

CLA-

CLAVIVS.

a ASSENTIRI in hoc tibi, mi Scaliger, non poſſum, vt velim. Nam cum Luna xiiij. Epactæ j. ſemper cadat in 12. Aprilis, plenilunium autem medium anno 1577. (ſi 10. dies, vt vis iam exemptos eſſe fingamus) fuerit die 12. Aprilis, hor. 10. à mer. quæ eſt dies 13. profectò noſtra xiiij. verè erit quartadecima, non quintadecima, vt perperam contendis. At quartadecima tua Epactæ ij. in diem 11. cadit: proinde ſi ſequeretur dies Dominica, celebrares Paſcha ante pleniluniũ. quod, vel te ipſo iudice, ineptum eſt. Nec mihi illud dixeris, celebrari oportere poſt quintamdecimam, non poſt xiiij. Id enim falſum eſſe, & antea oſtendimus, & poſtea pluribus oſtenſuri ſumus. Deinde fac, verum eſſe. Iſto modo, ſi dies poſt Lunam xv. hoc eſt, dies 13. Aprilis, eſſet Dominica, celebrares Paſcha in plenilunio, quod minime vis. Vides igitur, noſtras Epactas rectius ad vſum Eccleſiæ Nouilunia indicare, quam tuas; tuamq. tabellam Iudaicarum Neomeniarum nec ipſam ſibi conueniee, nec tibi.

SCALIGER.

AT anno ſecundo Epacta Neomeniæ eadem eſt cum Dionyſiana, vt patet ex tabella. Idem cenſendum de Epacta tertia: In vtraque igitur Epacta tam xij. quam xxiij. quartadecima Luna non erit plenilunium. Quòd ſi in annis cycli ſecundo & tertio contigiſſet, Dominicam eſſe in die Aprilis 2. & Martij 22. Paſcha celebratum fuiſſet in plenilunio, b contra Canones. b

CLAVIVS.

b IN eodem, mi Ioſephe, hæſitas luto. Ex Canonibus enim rectiſſime celebrari poſſe Paſcha in plenilunio, ſæpe

iam dictum eſt. Profer vnum Canonem, quo prohibeatur Paſcha celebrari in plenilunio. viciſti.

SCALIGER.

e ET propterea rectè excuſat errorem anni 1598. Clauius. Nam in eo anno Paſcha celebrabitur plenilunio, propterea quod Epacta illius anni denotat Nouilunium, & proinde quartadecima ab Epacta non eſt plenilunium. Sed Clauius excuſat hic æquabiles Epactas, per quas non licet ſemper ipſas Neomenias notari.

CLAVIVS.

e EGO verò nunquam excuſaui Paſcha anni 1598. quippe cum in eo errorem nullum agnoſcam: Sed probaui contra Mæſtlinum, & alios obtrectatores, illud legitimè celebratum iri die 22. Martij. Quocirca miror, quid tibi in mentem venerit dicere, excuſari à nobis, quod probari videras. Tanta ne fuit argumentorum inopia, vt iſta colligeres?

Nec tamen ignoras quid diſtent æra lupinis.

SCALIGER.

a QVOD cum facit, manifeſtò indicat, quartamdecimam Dionyſianam eſſe plenilunium: quo nomine Græci vocant, πανσέληνον.

CLAVIVS.

a SAEPE iam dixi, ſed quia nullum finem contradicendi facis, dicendum eſt ſæpius; Nouilunia à nobis eſſe poſtpoſita, non vt quartadecima cadat in plenilunium, ſed ne biduo id anteuertat. quod vitium in Scaligerianis Epactis frequentiſſimè accidit, vt poſterius oſtendemus.

SCALIGER.

b CVR igitur reprehendit Mæſtlinum, qui quartamdeci-

decimam Chriſtianorum plenilunium eſſe dixerit, & Paſcha contra Canones celebrari, quoties in plenilunio celebraretur? Nam profectò hæc vis eſt.

C L A V I V S.

b NOLI quæſo te, Ioſephe, Mæſtlini ſuſcipere patrocinium, ne iuſta rei reprehenſio in patronum cadat. Dixi iam alias, iure à me reprehenſum eſſe Mæſtlinum, quod canones conaretur euertere.

S C A L I G E R.

c NOVVM eſt, negare Paſcha non celebrandum eſſe plenilunio. c

C L A V I V S.

c VIDE ne nouum, ac temerarium ſit, negare Paſcha celebrandum eſſe in plenilunio, cum id rectiſſimè ex canonibus fieri, Computi auctores affirment (vt in Apologia docuimus) & Eccleſia ſæpiſſimè celebrarit. Atque vt eadem inculcando moleſtus nobis eſſe deſinas, omneſq. intelligant, te in hoc mirum in modum hallucinari, cum canonibus, decretis Pontificum, conciliorumque, & Computi Eccleſiaſtici ſcriptoribus aduerſaris, id quod modo dixi, planum faciam.

PRIMVM igitur S. Pius Papa, & martyr, decimus à B. Petro, anno Domini circiter 159. ſtatuit, vt habetur de Conſecr. diſtinc. 3. cap. Noſſe: Paſcha Domini die Dominico celebrandum eſſe. Satis autē conſtat, eum intellexiſſe diem Dominicum, qui Lunam xiiij. inſequitur, cum illud præcipiat propter Aſianos, qui in ipſa Luna xiiij. Paſcha celebrabant, non expectato die Dominico. Planius idem conſtituit S. Victor Papa, & martyr, quartuſdecimus à B. Petro anno Domini circiter 198. cuius

verba in epiſtola ad Theophilum Cæſarienſem Epiſcopum, quæ habetur de Conſecr. diſtinct. 3. cap. Celebritatem, hæc ſunt. Celebritatem ſancti Paſchę die Dominica agi debere, & prædeceſſores noſtri iam ſtatuerunt, & nos illud eadem die ſolenniter celebrari mandamus; quia non decet, vt membra à capite diſcrepent, aut aliter gerant. A quartadecima verò Luna primi menſis vſq; ad vigeſimamprimam eiuſdem menſis eadem celebretur feſtiuitas. *Deinde idē à varijs concilijs confirmatū eſt, atque ſancitum, præſertim à concilio primo poſt Apoſtolos, quod S. Victoris Papæ hortatu in Cæſarea Palæſtinæ à complaribus epiſcopis celebratum eſt, cui præfuit Theophilus eiuſdem vrbis epiſcopus, vt legimus apud Euſebium lib. 5. Eccleſ. hiſt. cap. 24. Ibi enim Theophilus in epiſtola ſynodali docet, eo in concilio conſtitutum eſſe, vt Paſcha à Luna xiiij. vſque ad xxi. celebretur. Idem poſtea confirmatum eſt, atque renouatum communi omnium conſenſu in concilio illo celeberrimo Nicæno à 318. Patribus. Mitto alia multa concilia, ne longum faciam. Venio ad teſtimonia SS. Patrum. Beda Venerabilis pluribus locis idem docet, vt in Apologia tradidimus. Quinetiam lib. 4. cap. 5. Hiſtor. Eccleſ. tradit, decretum eſſe in Anglicano quodam concilio coram Rege, vt die Dominico poſt Lunam xiiij. primi menſis Paſcha celebraretur. Nec vero id decretum modò, ſed etiam omnibus deinceps ſæculis obſeruatum eſt. B. Iſidorus, qui floruit anno Domini circiter 630. lib. 1. de Eccleſiaſt. off. cap. 31. idipſum oſtendit. Rabanus quoque archiepiſcopus Mogūt. qui viguit anno circiter 855. lib. 2. de Inſtit.*

cler.

cler. cap. 39. & Rupertus Abbas Tuitienſis, qui extitit anno ferè 1124. lib. 6. de Diuin. off. c. 27. idē confirmantes enumerant omnes terminos Paſchales, quos hodie in Eccleſia obſeruari cernimus; aſſeruntq. Paſcha in vno ſeptem dierum à Luna xv. incluſiuè ad xxj. incluſiuè eſſe celebrandum. Porrò Guilhelmus Durantus in Rationali Diuinorum officiorum lib. 8. cap. 12. diligenter exponit omnes 29. Lunas xiiij. Paſchales non ſemel, ſed ſæpius, docens, primam Lunam xiiij. Paſchalem eſſe xij. Cal. Apr. & vltimam, xiiij. Cal. Maij: poſt quas ſemper Paſcha celebrari oporteat. Libro quoque 6. cap. 75. affirmat, iuſſu Domini Paſcha celebrandum eſſe in Plenilunio, hoc eſt, in aliquo ſeptem dierum tertiæ hebdomadæ. Poſtremò idem diſertis verbis docet Ioan. de Sacroboſco in Computo Eccleſiaſtico: Paulus Middelburgenſis epiſcopus Foroſempronienſis in ſua Paulina pluribus locis. Ioan. Stoflerinus in Calendario Romano, & alij quamplurimi. Legat, ſi quis volet, Marcellum Francolinum in lib. de tempore Horarum Canon. qui varijs in locis pluri-ma teſtimonia idipſum probantia adducit. At vide, quanta inter hos ſit conſenſio. Apud neminem eorum reperies, Paſcha celebrandum eſſe die Dominico poſt Lunam xv. primi menſis, ſed ſemper poſt Lunam xiiij. Et erit quiſquam, qui exiſtimet, plus vnum Scaligerū, quam hos omnes, vidiſſe? qui à naſcentis Eccleſiæ primordijs ad noſtra vſque tempora, per manus quaſi traditam ab Apoſtolis de Paſchæ celebratione doctrinam diligentiſſimè conſeruarunt? Nam Campanus, qui vnus ex omnibus Computi ſcriptoribus quartamdecimam Paſchalem appellat plenilunium, id propterea facit, quia finis Lunæ

xiiij.

xiiij. quando Iudæi agnum comedere iubebantur, principium eſt Lunæ xv. ſiue plenilunij. Argumento eſt, quod deinde apertè teſtatur, ac docet, Paſcha celebrandum eſſe die Dominico poſt Lunam xiiij. à Nouilunio.

VERVM enimuero auctoritates omnes, quas attulimus, intelligendas eſſe de Luna xiiij. à Nouilunio cycli numeranda, liquidò conſtat ex aureo numero in Calendarijs inſcripto per Dionyſium Abbatem, & ex terminis Paſchalibus præfinitis, qui omnes cadunt in Lunam xiiij. ab aureo numero propoſiti anni ſupputatam. Ita inter aureum numerum xvj. qui diei octauo Martij præfixus erat, & diem 21. eiuſdem, in quem cadit eius numeri aurei quartadecima, vides interiectos eſſe dies 12. atque à die 8. incluſiuè vſque ad diem 21. incluſiuè numerari dies 14. Eademq. ratio eſt de cæteris aureis numeris. Quis ergo tibi, ingenioſiſſime Ioſephe, hanc auctoritatem tribuit, vt nouo more, atque inſtituto (quod ne Pontifex quidem ipſe facere auderet) a Nouilunio cycli ad terminum Paſchalem præcipias numerari dies 15? Certè hoc eſſe contra canones, decreta Pontificum, & doctrinam Patrum, ex eo manifeſtiſſimè conuincitur, quod cum à concilio Nicæno, ad hæc vſque tempora, primum Nouilunium Paſchale diei octauo Martij tributum ſit, vt perpetuus Eccleſiæ vſus docet; ſi Paſcha poſt Lunam xv. à Nouilunio putatam, vt tu vis, celebrandum foret, nunquam potuiſſet celebrari die 22. Martij, cum hic dies ſit ab illo Nouilunio quintusdecimus. Neque illud dicere potes, Nouilunium illud collocandum eſſe in die 7. Martij: quia nemo vnquam hoc aſſeruit, neque vero ſeptimo diei vllus aureus uumerus fuit affixus, vt per eum Nouilu-

nium

nium ibidem indicaretur. Iam cum vltimum Nouilunium Paſchale in vſu Eccleſiæ ſemper inciderit in diem 5. Aprilis, ſi ab eo quindecim dies eſſent numerandi, ſtatuendus eſſet terminus Paſchalis ipſius in 19. Aprilis, ac proinde ſi is foret Dominicus, transferendum eſſet Paſcha in 26. Aprilis. quod inauditum eſt, ac nouum. Vides igitur, quando Luna xiiij. præuenit plenilunium, quod in Dominicum diem incidat, Paſcha in ipſo plenilunio celebrari ab Eccleſia, neque vnquam hoc eſſe prohibitum conuinces: immo ſæpiſſime id factitatum eſſe à concilio Nicæno vſque ad correctionem Gregorianam, reperies. Id quod diſcere etiam facile potuiſſes ex tabula antiqua feſtorum mobilium. Cum enim in ea præcipiatur Paſcha celebrandum in proxima litera Dominicali poſt aureum numerum, qui Lunam xiiij. indicat, ſiue Paſcha Iudæorum: quis non videt, ſi Dominicalis litera aureum numerum proximè inſequatur, (quod non rarò euenit) Paſcha celebrari Luna xv, hoc eſt, in plenilunio? Ac ne in cuiuſquam animo vel tenuiſſimus ſcrupulus reſideat, atque tota res luce clarior ſit, collegi in tabella, quam mox ſubijciam, 175. annos, quibus Paſcha celebratum fuit ſtatim poſt Lunam xiiij. à Nouilunio numeratam: è quibus nonnullos annos reperies, in quibus Paſcha plenilunium anteceſſit, præſertim prope concilij Nicæni tempora, annis videlicet 326. 330. 346. 350. 370. 394. 441. 475. 495. quod & in Apologia lib. 2. cap. 6. monui. Neque verò Eccleſia de hiſce qualibuſcunque erroribus magnopere laborauit, quamuis eos viderit. Id modo cauit, vt canon concilij vbiuis terrarum æquabiliter ſeruaretur, quo Paſcha poſt Lunam xiiij. celebrari præcipitur,

licet

licet interdum; ſed rarò, propter cycli diſpoſitionem, ante plenilunium ageretur. Ex quo efficitur, cyclum, quoad eius fieri poteſt, ita ordinandum eſſe in Calendario, vt Lunæ xiiij. Paſchales vno tantum die, nunquam autem duobus, niſi rariſſime, (cum id nullus cyclus vitare poſſit) anteuertant plenilunium. id quod cyclus noſter Epactarum exquiſitiſſimè præſtat, cum in eo vix in 3000. annis ſemel, aut bis Paſcha ante plenilunium medium celebretur: quod tuum Calendarium, vt infra dicemus, nequaquam præſtare poteſt, cum ſæpiſſime tuæ Lunæ xiiij. Paſchales plenilunium biduo, ac triduo præueniant.

SED ne diutius promiſſum differamus, ecce tibi annos 175. quibus Paſcha Luna xv. celebratum eſt; vt tute intelligas, quam temerè tanto impetu conatus ſis conuellere ſtatum noſtri Paſchatis, quod mouere non poſſes; & quam ſine ratione contenderis, id eſſe contra canones, quod canonibus maximè nititur. Ac ne de huius tabulæ fide addubites, conflata ea eſt ex cyclo magno Dionyſiano 532. annorum, & ex antiqua tabula feſtorum mobilium. Appoſui autem eiſdem annis aureos numeros, literaſque Dominicales reſpondentes, vt cuiuis planum fiat, tum Paſcha Luna xv. ſecundum Canones eſſe celebratum. Litera porro A, Aprilem; M, Martium ſignificat.

Anni

Anni Dom.	Aur. Num.	Litera Dom.	Paſcha	Anni Dom.	Aur. Num.	Litera Dom.	Paſcha
326	4	B	3. A	330	8	D	19. A
340	18	FE	30. M	346	5	E	23. M
350	9	G	8. A	370	10	C	28. M
374	14	E	13. A	394	15	A	2. A
398	19	C	18. A	401	3	F	14. A
414	16	D	22. M	425	8	D	19. A
441	5	E	23. M	445	9	G	8. A
465	10	C	28. M	469	14	E	18. A
475	1	E	6. A	489	15	A	2. A
493	19	C	18. A	495	2	A	26. M
496	3	GF	14. A	499	6	C	11. A
509	16	D	22. M	519	7	F	31. M
520	8	ED	19. A	523	11	A	16. A
536	5	FE	23. M	540	9	AG	8. A
543	12	D	5. A	560	10	DC	28. M
563	13	G	25. M	564	14	FE	13. A
567	17	B	10. A	570	1	E	6. A
584	15	BA	2. A	587	18	E	30. M
588	19	DC	18. A	590	2	A	26. M
504	6	C	11. A	604	16	ED	22. M
614	7	F	31. M	6 8	11	A	16. A
638	12	D	5. A	658	13	G	25. M
662	17	B	10. A	665	1	E	6. A
682	18	E	30. M	685	2	A	26. M
689	6	C	11. A	709	7	F	31. M
713	11	A	16. A	733	12	D	5. A
743	3	F	14. A	753	13	G	25. M
757	17	B	10. A	760	1	FE	6. A
763	4	B	3. A	767	8	D	19. A
777	18	E	30. M	780	2	BA	26. M

Anni

Anni Dom.	*Aur. Num.*	*Litera Dom.*	*Paſcha*	*Anni Dom.*	*Aur. Num.*	*Litera Dom.*	*Paſcha*
783	5	E	23. M	784	6	DC	11. A
787	9	G	8. A	804	7	GF	31. M
807	10	C	28. M	808	11	BA	16. A
811	14	E	13. A	828	12	ED	5. A
831	15	A	2. A	835	19	C	18. A
838	3	F	14. A	848	13	AG	25. M
851	16	D	22. M	852	17	CB	10. A
858	4	B	3. A	862	8	D	19. A
872	18	FE	30. M	878	5	E	23. M
882	9	G	8. A	902	10	C	28. M
906	14	E	13. A	926	15	A	2. A
930	19	C	18. A	933	3	F	14. A
946	16	D	22. M	953	4	B	3. A
957	8	D	19. A	973	5	E	23. M
977	9	G	8. A	997	10	C	28. M
1001	14	E	13. A	1007	1	E	6. A
1021	15	A	2. A	1025	19	C	18. A
1027	2	A	26. M	1028	3	GF	14. A
1031	6	C	11. A	1041	16	D	22. M
1048	4	CB	3. A	1051	7	F	31. M
1052	8	ED	19. A	1055	11	A	16. A
1068	5	FE	23. M	1072	9	AG	8. A
1075	12	D	5. A	1092	10	DC	28. M
1095	13	G	25. M	1096	14	FE	13. A
1099	17	B	10. A	1102	1	E	6. A
1116	15	BA	2. A	1119	18	E	30. M
1120	19	DC	18. A	1122	2	A	26. M
1126	6	C	11. A	1136	16	ED	22. M
1146	7	F	31. M	1150	11	A	16. A
1170	12	D	5. A	1190	13	G	25. M

Anni Dom.	*Aur. Num.*	*Litera Dom.*	*Paſcha*	*Anni Dom.*	*Aur. Num.*	*Litera Dom.*	*Paſcha*
1194	17	B	10. A	1197	1	E	6. A
1214	18	E	30. M	1217	2	A	26. M
1221	6	C	11. A	1241	7	F	31. M
1245	11	A	16. A	1265	12	D	5. A
1275	3	F	14. A	1285	13	G	25. M
1289	17	B	10. A	1292	1	FE	6. A
1295	4	B	3. A	1299	8	D	19. A
1309	18	E	30. M	1312	2	BA	26. M
1315	5	E	23. M	1316	6	DC	11. A
1319	9	G	8. A	1336	7	GF	31. M
1339	10	C	28. M	1340	11	BA	16. A
1343	14	E	13. A	1360	12	ED	5. A
1363	15	A	2. A	1367	19	C	18. A
1370	3	F	14. A	1380	13	AG	25. M
1383	16	D	22. M	1384	17	CB	10. A
1390	4	B	3. A	1394	8	D	19. A
1404	18	FE	30. M	1410	5	E	23. M
1414	9	G	8. A	1434	10	C	28. M
1438	14	E	13. A	1458	15	A	2. A
1462	19	C	18. A	1465	3	F	14. A
1478	16	D	22. M	1485	4	B	3. A
1489	8	D	19. A	1505	5	E	23. M
1509	9	G	8. A	1529	10	C	28. M
1533	14	E	13. A	1539	1	E	6. A
1553	15	A	2. A	1557	19	C	18. A
1559	2	A	26. M	1560	3	GF	14. A
1563	6	C	11. A	1573	16	D	22. M
1580	4	CB	3. A				

NEC

NEC vero id proprium Eccleſiæ Latinæ, ſiue occidentalis fuit, vt ſtatim poſt Lunam xiiij. à Nouilunio putatam Paſcha celebraret, ſiue ante correctionem, ſiue poſt correctionem Calendarij, ſi proximè inſequens dies ſit Dominicus: eundem perpetuò morem tenuit, ac tenet Orientalis Eccleſia. quod patet ex tabulis inueniendorum feſtorum nobilium, quibus Orientales vtuntur, & quas nuper Ignatius Patriarcha Antiochenus Romam attulit, congregationique Calendarij inſpiciendas obtulit. Porrò idem factum eſſe ante concilium Nicænum, te ipſo teſte probare poßum, qui ex ſententia Hippolyti Epiſcopi verè affirmes, anno Chriſti 222. qui annus fuit primus Alexandri Imperatoris, cyclo Solis 7. litera Dominicali F; aureo numero 14. Lunam xiiij. incidiße in 13. diem Aprilis, qui fuit ſabbathum: & ſequenti die 14. Paſcha fuiſſe celebratum, id eſt, in plenilunio, quod eo anno factum eſt die 13. hor. 5. & amplius poſt mer. ac proinde ſequenti diei 14. tribuendum: præſertim cum ipſe fatearis, hæc per omnia Canoni congruere: quod ſi ita eſt, in plenilunio contra Canones Paſcha non celebratur, vt in hoc tuo Elencho affirmas, aut certè tibi ipſe non conſtas. Quid, quod hoc ipſo anno 1595. quo hæc ſcribimus, celebratum eſt Paſcha in ipſo plenilunio, celebrabiturque rurſus eodem modo annis 1599. 1609. Num iſta quoque reprehendes, quæ, cum eſſent ante oculos, tamen intacta reliquiſti? Age vero, quis non videt, ſi Paſcha non poſſet celebrari Dominico die, qui in plenilunium, ſiue Lunam xv. incidit, illud celebrandum eſſe Luna xxij. Et quidem ſi dies 19. Aprilis foret Dominica incidens in plenilunium Paſchale, differendum eſſe & in Lu-

in Lunam xxij. & in diem 26. Aprilis? Atqui hæc omnia Canonibus contraria ſunt, vt ex ijs, quæ diximus, liquet, fuſiuſque in Apologia diſputauimus. Toto igitur cælo erras, cum aſſeris, in plenilunio Paſcha non poſſe celebrari.

SCALIGER.

RVRSVS anno cycli iiij. Epacta Neomeniæ, eſt v. quæ in Dionyſiana, & Liliana forma eſt iiij. vno die ſerior. [a] Ergo quartadecima Liliana, ſiue Dionyſiana, in anno iiij. cycli eſt plenilunium, cum plenilunium ſit quintadecima ab Epacta v. Porro vides hic ad Epactæ ſequentis inueſtigationem aliquando tantū opus eſſe adiectione 10. ad antecedentem Epactam, cùm adiectione xi. conſtanter Epactæ vulgares procedant: vt in annis 2.6 9. 11. 14. 17. quorum annorum Epactæ ex adiectione 10. ad Epactas antecedentes propagatæ ſunt: at in annis 4. 8. 15. accedentibus xij. ad antecedentes Epactas. a

CLAVIVS.

a *ATQVI ſi rem diligentius conſiderabis, reperies noſtram quartamdecimam antecedere potius plenilunium medium. Illa enim cadit in diem 9. Aprilis, plenilunium verò in eundem 9. Aprilis, hor. 1 ½. poſt mer. qui eſt dies 10. Aprilis. Rurſus comperies, tuam quartamdecimam, quæ incidit in 8. Aprilis, duobus fermè diebus plenilunium anteuertere. quod vitioſiſſimum eſt.*

SCALIGER.

NAM quòd Epacta xii. anni adiectione xiij. ad antecedentem creata ſit, [b] hoc factum eſt propter biſſextum, cuius interuentu ſæpe fides Epactarum æquabilium eluditur. Tantum hoc conſtat, eam Epactam anni ſcilicet xii. fieri ordine, & rite per adiectionem xiij. b

CLAVIVS.

b *ERRAT plane. Nam ſi vellemus habere rationem biſſexti in collocatione Epactarum in Calendario, confunderemus mirum in modum annum politicum, & Eccleſiaſticum. quæ eadem cauſa fuit, cur iſtiuſmodi collocationem Epactarum ne Scaliger quidem ipſe in ſuo admiſerit Calendario.*

SCALIGER.

c CVM igitur hæc ita ſint, videmus, [a] quam periculoſa ſit ratio Epactarum æquabilium in celebratione Paſchæ;

CLAVIVS.

HOC tantum efficitur, quod vltrò fatemur: nullum cyclum æquabilium Epactarum ad celebrationem Paſchæ reperiri poſſe, qui omnem vndequaque vitet errorem. Quocirca eum cyclum potiſſimum haberi oportere, qui quam pauciſſimos contineat errores: qualem noſtrum eſſe, in Apologia docuimus, & ex ſequenti calculo planum fiet.

SCALIGER.

d ATQVE ex ea natum eſſe fœdiſſimum illum errorem anni 1598. quem neſcio quare ita confidenter fatentur ſimul & diſſimulant.

CLAVIVS.

ENIMVERO hoc ferendum non eſt. Fœdiſſimum appellat errorem, qui nullus eſt, noſque confidenter fateri ſimul, & diſſimulare inſimulat in eo, quod nos rectè factum eſſe contendimus. Prædicaui antea, ac nunc demum prædico, Paſcha anni 1598. rectè, ac ſecundum Canones celebratum iri: vt omnes intelligant, nullam ſubeſſe neque confeſſionem, neque diſſimulationem.

SCA-

SCALIGER.

SED ne ſic quidem Epactæ ſemper manebunt, vt in tabella expoſitæ ſunt. Poſt aliquot enim cyclos, quædam ex illis immutabuntur, & de ſuis ſedibus ſolicitabuntur, antequam reliquæ fines ſuos migrauerint. Hæc ego propoſui, vt indicarem dubiam Epactarum æquabilium fidem, e non autem vt eorum vſum damnaré, quandoquidem an- e
nus,quo vtimur,eſt politicus,non Aſtronomicus: & propterea Epactas æquabiles, nõ Aſtronomicas eſſe ideo oportet,quia aliter ad vulgarem vſum idoneæ eſſe non poſſunt.

CLAVIVS.

e *NVNC demum,ad te redire videris,mi Ioſephe. ſed heus tu: ſi non damnas vſum Epactarum æquabilium, fruſtra laboras, cum noſtras Epactas ad annum politicum accommodatas tantopere exagitas.*

Quo teneam vultus mutantem Protea nodo?

Nuper oppugnator eras Epactarum æquabilium, nunc repente,quaſi pace facta, propugnator exiſtis: mox, mutata fide,inæquabiles rurſus Epactas in ſocietatem aſciſces. Fatere igitur,te, cum apparatu illo Iudaico Epactas æquabiles oppugnaſti, fruſtra laboraſſe; nunc cum eaſdem defendis, pro meliore cauſa ſtare: Deinceps cum ad condendam tabulam tuam iuſtæ periodi tropicæ, tabellam ſuperiorem inæquabilium Epactarum aſſumas, non publicæ cauſæ ſeruire, ſed tuæ. quæ eſt iſta conſtantia?

SCALIGER.

NVNC quo modo μετάπτωσις Epactarum fiat in anno tropico, indicabo; a ſi prius alium errorem de anno a
Liliano ſuſtulero.

CLAVIVS.

a *VIDE quid agas, Scaliger. Nullum adhuc erro-*

rem de anno Liliano ſuſtuliſti: ſed in eo, quod quaſi erratum corrigere conatus es, tute grauiter erraſti. Quàm vereor, ne in hoc alio, quem errorem appellas, parem aut etiam peiorem experiare fortunam.

SCALIGER.

DE ORDINATIONE EPACTARVM IN CALENDARIO.

b QVEMADMODVM in omiſſione Biſſextorum per tres continuas centurias, ita in ordinatione Epactarum in Calendario, iocalariter hallucinatus eſt auctor noui anni.

CLAVIVS.

b AT QVEMADMODVM oſtendimus, in omiſſione biſſextorum per tres continuas centurias, rationem à nobis eſſe propoſitam ad vſum popularem commodiſſimam, & à vero non alienam: ita, Deo bene iuuante, oſtendemus, Epactas in Calendario melius ordinari non poſſe, quam in Gregoriano Calendario factum eſt. Ex quo illud etiam intelligetur, non iocalariter hallucinatum eſſe auctorem noui anni, vt ait Scaliger, ſed hallucinari eum, qui deteriorem præponat illi rationem: præſertim vero, cum nihil noui afferat, ſed ea pro nouis reponat, quæ nos in Apologia, vt minus idonea, minuſque ad rem propoſitam apta, reiecimus.

SCALIGER.

c APPOSITA Epacta ✶ continua per ſingulas ſyzygias, hoc eſt, aſſumpta nota ✶, pro Epacta vnica:

CLAVIVS.

c ATQVI ordo Nouiluniorum talem diſpoſitionem

Epa-

Epactarum exigebat, vt in Apologia demonſtraui lib. 2. cap. 3. & 6. quin etiam paulo poſt docebo, rectius eo modo Epactas in Calendario ordinatas eſſe, quam à Scaligero.

SCALIGER.

b ET excogitatis interr uptionibus, quas Græci ἐξαιρεσίμους ἡμέρας vocant, vt menſes alternis pleni, & caui eſſent. quod factum eſt, cum pro xxv. Epacta xxiiij. nominat. b

CLAVIVS.

b *QVASI vero nos primi has interruptiones excogitauerimus. Quid enim? Iulius Cæſar, Alexandrini, concilium Nicænum, cæterique omnes, qui cyclo decemnouennali vſi ſunt, nonne eaſdem interruptiones adhibuere? Quid? tu ipſe, qui vituperas, non adhibes? niſi quod compendij Calendarium ſecutus pro Epactis 25. 24. repoſuiſti 0. 29. quas in Apologia repudiauimus? Et ſanè naturalis ordo poſtulat, vt minor aureus numerus in Calendario proximè ſequatur maiorem, non contra, maior minorem. Cæterum hic ordo ſex locis neceſſario interrumpitur, vt menſes Lunares conſtituantur alternis 30. & 29. dierum. Quocirca maior numerus minori proximè adiungendus eſt: quod quidem in Calendario antiquo factum videmus in ſex menſibus, Februario, Aprili, Iunio, Auguſto, octobri, & Decembri. Itaque non video, cur vir doctiſſimus, atque ingenioſiſſimus ea in alijs reprehendat, quæ in ſeipſo probat, curue vetera, ac noſtra nobis obtrudat pro nouis ac ſuis. Neque enim dubium eſſe poteſt, vtrum Apologiam noſtram perlegerit, qui eius carpendæ occaſionem vndecunque captauerit.*

SCALIGER.

a QVO quid magis ridiculum eſſe poteſt?

CLAVIVS.

DOLEO talem virum, dum perperam ridet alios, tantam irridendi ſui facultatem doctis hominibus dediſſe. Etenim duæ Epactæ 25. 24. ad eundem diem appoſitæ idem planè præſtant in menſibus Lunaribus rectè inſtituendis, quod aurei numeri illi maiores, qui ſex locis Calendarij Nicæni proximè ſequebantur minores. Id quod facilè apparebit, ſi Epactæ in aureos numeros concilij Nicæni reſoluantur. quod à nobis factum eſt in Apologia lib. 2. cap. 4. Qui igitur id ridiculum eſſe poteſt, quin etiam Patres concilij Nicæni, Iulius Cæſar, & Alexandrini, ridiculi exiſtimentur? quod profectò nemo exiſtimabit, niſi qui velut alter Democritus, omnes & omnia ridens, ridendum ſe omnibus præbeat. Ne illud quidem verum eſt, vnde riſum captas, cum ais, pro 25. Epacta Epactam 24. à nobis nominari. Neque enim Epactas confundimus, ſed Epactam 25. appellamus, quæ 25. eſt, eodemque modo 24. Deinde homo acutus id nobis obijcis, quod in te ipſum valet, qui Epactas 0. & 29. in vnum contubernium aſſumis eodem prorſus modo, quo nos 25. & 24.

SCALIGER.

b ANNO 1900. erit numerus aureus primus, Epacta Liliana xxix. litera dominicalis Liliana G: neomenia Iudaica 7.6.651. in xxxi. Martij Liliani. Ibi igitur erat ſtatuenda Epacta xxix. vbi tamen Epacta ★ poſita eſt: in Calendis autem Aprilis xxix. pro xxviij.

CLAVIVS.

b HIC quoque noſtra abs te interpolata nobis obtrudis, ac venditas. Quid enim? Iſtam rationem in Calendario Compendij nos non poſuimus? non in Apologia reiecimus? non, cur reijceremus, oſtendimus? Sed vt planius ea res intelligatur, hic quoque de ea pluribus diſſeremus. Propriam ſedem Epactæ 29. eſſe primum diem Aprilis, non trigeſimum primum Martij, aptiſſimè docet ille ipſe annus 1900. quo aduerſus nos pugnas. Cum enim Epacta 29. primo diei Aprilis aſcripta ſtatuat Lunam xiiij. in 14. Aprilis, contingat autem anno 1900. plenilunium medium 14. Aprilis, hor. 4. poſt mer. profectò ea Luna xiiij. proximè plenilunium antecedit. quo quid rectius fieri poteſt? Quòd ſi Epacta 29. præfigeretur diei 31. Martij, caderet eius Luna xiiij. in diem 13. Aprilis, ac proinde, ſi poſtridie eſſet Dominicus dies, celebraretur Paſcha ante plenilunium. quod Canones vetant. Iam ſi Epacta 29. ad 31. Martij ſcripta accelerat ſuam Lunam xiiij. eo ipſo anno 1900. vt diximus, quantò importunius eam accelerabit Epacta 1. ad diem 30. Martij poſita, quam tua æquatio huic libello ſubiecta eodem anno exhibet, quippe cum eius Luna xiiij. in 12. Aprilis cadat, ac proinde triduo fermè plenilunium anteuertat? Itaque ex tua tabula celebrari poſſet Paſcha die 13. Aprilis, ſi Dominica foret; duobus fermè diebus ante plenilunium. quo quid abſurdius? Sed deinde totam illam tuam æquationis tabulam examinabimus: in qua condenda ſecurus alieni iudicij fuiſti, quod neminem fortaſſe hunc examinãdi laborem ſuſcepturum putaſti: nunc, ſi placet, proferamus calculum ad annum aliquem lon-

giſſimè à noſtra ætate diſtantem, vt vel hinc liquido appareat, Epactam 29. rectius à nobis primo Aprilis, quam abs te vltimo Martij aſcribi. Anno igitur 20014. erit aureus numerus 8. & ſi conſulas noſtram tabulam æquationis, reperies Epactam 29. cuius quartadecima in 14. Aprilis incidit, ſi primum Aprilis occupet. Igitur cum calculus exhibeat plenilunium Paſchale die 14. Aprilis, hor. 13. fermè poſt mer. quis non videt, Epactam 29. rectè eſſe collocatam ad 1. Aprilis, cum eius quartadecima integro ferè die plenilunium antecedat? Confer nunc cum noſtra ratione tuam: collocetur Epacta 29. vltimo Martij, vt uis; profectò exhibebit Lunam xiiij. Paſchalem die 13. Aprilis, biduo videlicet ante plenilunium. Videsne, quanto rectior & conſtantior, etiam in longinquum tempus, ſit ratio noſtra, quam tua?

SCALIGER.

SANE ſi menſes politici Lunares alternis pleni, aut caui inſtituendi ſunt: velint nolint, ſi Calendæ Martij habuerint xxx. aut ✶, (quod idem eſt) pro Epacta, triceſima prima eiuſdem Epactam xxix. habeat,[a] neceſſe eſt.

CLAVIVS.

a EQVIDEM quæ ſit iſta neceſſitas, non video. Nam perinde menſes alternis pleni & caui conſtituuntur per duas Epactas 25. 24. in vnum contubernium aſſumptas, ac per duas 0. 29. quas tu ſequeris. hoc vnum intereſt, quod rectius noſtræ illæ Lunas xiiij. Paſchales indicant, quàm iſtæ tuæ. Lege quæſo te, ſi vacat, & ſi vis, Lunationes triginta cyclorum tabulæ expanſæ Epactarum, quas in Apologia lib. 2. pag. 206. expoſuimus. Videbis Lunationes alternis eſſe 30. & 29. dierum, paucis

exceptis,

exceptis, quod hunc curſum cyclus decennouennalis, & Emboliſmorum ratio interdum interrumpat, quacunque is ratione in Calendario deſcribatur.

SCALIGER.

a SED huic malo cauit auctor anni, excogitando ἐξαιρεσίμους ἡμέρας more Grecorum, & xxv. xxiiij. Epactas in vnum contubernium aſſumendo. Acutè ſane. Hoc eſt κακὸν κακῷ ἰᾶσθαι. a

CLAVIVS.

a *IMMO prudenter. Exigebant enim id Lunationes, vt alternis 30. & 29. dierum conſtituerentur, vt ſupra dictum eſt. Quocirca non eſt hoc* κακὸν κακῷ ἰᾶσθαι, *vt ais, ſed opportuno remedio malum auertere: quippe hæc Lunæ æquatio rectius efficitur per Epactas 25.24. quam per 0.29. vt in Apologia fuſius demonſtrauimus, & paulò ante oſtendimus, cum Epactam 29. rectius in principio Aprilis, quam in fine Martij cum Epacta 0. poni ducimus. Vide igitur, ne duas illas Epactas 0. & 29. in vnum contubernium aſſumere, vt huic incommodo medeare, ſit* κακὸν κακῷ ἰᾶσθαι.

SCALIGER.

ANNO 1590. litera Liliana fuit G: Epacta Liliana xxiiij. Neomenia Paſchalis Iudaica 4.23.489. in V. Aprilis, è regione Epactæ xxiiij. Rectè. b Quid opus igitur fuit, xxix. in Calendis ponere pro xxviij. b

CLAVIVS.

b *CAVSA in promptu eſt. Nam ſi Epacta 29. ad vltimum Martij promoueretur, eius Luna xiiij. biduo plenilunium anteuerteret, vt paulo ante declaraui: præſertim verò, quia cum Epactæ 24. & 25. propter menſes plenos & cauos eidem diei quinto Aprilis præfigantur, pro-*

pria

pria ſedes Epactæ 29. erit primus dies Aprilis.

SCALIGER.

c NAM ſi c, vt ratio poſtulabat, Epacta xxviij. in Calendis appoſita fuiſſet, non opus fuiſſet effringere clauſtra ad Epactam xxiiij. in v. Aprilis traducendam. Quinta enim dies Aprilis vindicat ſibi Epactam xxiiij. Siquidem Calendæ occupauerint Epactam xxviij, non aliter.

CLAVIVS.

c *ERRAS, doctiſſime Scaliger. Ratio enim poſtulat, vt Epacta 29. in Calendis Aprilis apponatur, non 28. ne videlicet cogeretur Epacta 29. ad vltimum Martij aſcendere, & eius Lunam xiiij ad 13. Aprilis reuocare; ſic vt nonnullis annis plenilunium medium biduo antecederet. quod eſt ineptum. Huc accedit, quod ſi Epacta 28. Calendas Apriles occuparet, eius Luna xiiij. in 14. Aprilis incideret. Ergo anno 1851. vt vnum è multis notemus, cum aureus numerus ſit 9. Epacta 28. & plenilunium Paſchale contingat die 15. Aprilis, hora fermè 15. poſt mer. hoc eſt, die 16. præueniret ea Luna xiiij. plenilunium fermè biduo contra canones. Quæ cum ita ſint, vtrum ratio poſtulabat, vt Epacta 28. in Calendis apponeretur, vt tu uis, an ſecundo die Aprilis, vbi à nobis appoſita eſt? Nec vero opus fuit clauſtra, vt ais, effringere. Neque enim Epacta 24. vi irrupit in 5. Aprilis, quaſi in alienam poſſeſſionem, ſed velut, patefacta ianua, ſuo iure venit in ſuam. Iure enim illi quinta dies Aprilis debebatur, propter Lunationes alternas dierum 30. & 29. Sed video, quid agas. Crimen, quod in te valet nobis obijcis. Tu enim clauſtra effregiſti, cum Epactam 29. in locum Epactæ 30. vel o. per vim intruſiſti,*

contra

contra Lunarum xiiij. rationem, vt ſupra demonſtrauimus.

SCALIGER.

a NEQVE enim vllus Prætor eam Epactam in poſſeſſionem Epactæ alius mittere poteſt, contra tabulas.

CLAVIVS.

a *QVASI vero Epacta 24. Prætoris vllius auctoritatem deſideret, ut in poſſeſſionem Epactæ 25. mittatur, cum iampridem, ex tabulis, eam ſedem poſſideat eo iure, quo qui optimo. Tuæ vero Epactæ 29. quis vnquam Prætor poſſeſſionem dabit alienæ ſedis, non modò contra tabulas, ſed etiam contra ius faſque? præſertim vero, cum id ſine incommodo Reipublicæ fieri non poſſit: cum ea vis, atque iniuria perturbatura ſit Lunarum xiiij. ordinem ac ſtatum.*

SCALIGER.

ANNO 1935. numerus aureus erit 17. litera Dominicalis Liliana F. Neomenia 5.0.580. in iiij. Aprilis. Numerus autem aureus maior, quam 11. Ergo ex methodo Liliana aſſumenda erit Epacta nigra 25. Congruit igitur rectè diei propoſitæ iiij. Rurſus anno 1715. litera dominicalis erit eadem F: Neomenia 5. 6. 667. Erit igitur in eadem die iiij. Aprilis. Numerus aureus eſt vi. minor vtique quam 11. Quare ex methodo Epacta xxv. rubra aſſumenda. Erit igitur in v. Aprilis ex methodo, in iiii. ex Neomenia. Quæro, cum Neomenia tam anni 1935. quam anni 1715. ſit in eadem feria, & eadem ſit litera dominicalis, & ambæ eidem diei congruant: cur tamen diuerſas ſedes nactæ ſint? b Ego talento contra carum non æſtimarim hoc myſterium ſcire. b

CLAVIVS.

b *AT ego multo minoris, atque adeo gratis, hoc myſterium,*

ſterium, quod tantopere ſcire aues, doctiſſime Scaliger, te docebo. quandoquidem ipſi quoque fontes ſitiunt. Anno 1935. Epactæ nigræ 25. reſpondet aureus numerus 17. anno vero 1715. Epactæ. 25. rubræ aureus numerus 6. Itaque cum aureorum numerorum ordo in Calendario poſtulet, vt minor aureus numerus maiorem proximè ſubſequatur, rectè ſub Epacta 25. nigra, quæ aureo numero 17. reſpondet, collocatur Epacta 25. rubra, numero aureo 6. reſpondens: alioquin duo aurei numeri 17. & 6. eidem diei 4. Aprilis aſcribendi forent, ſiquidem duæ illæ Epactæ, ut tu uis, in eundem diem inciderent, id eſt, pro vna eademque ſumendæ eſſent. quod abſurdum eſſe, quis non videt? Habes vnam huius myſterij rationem, & quidem optimam; accipe alteram. Anno 1715. Neomenia accidit 6. horis ſerius, quam anno 1935. quid ergo mirum, ſi Epacta prioris anni ſuperiorem diem occupet, Epacta poſterioris inferiorem? Dicam planius. Anno 1715. plenilunium Paſchale incidit in diem 18. Aprilis, hora ferè 4. poſt mer. ac propterea in diem 19. Nunc ſi Epacta 25. rubra illius anni aſcriberetur diei 4. Aprilis, vt tu vis, caderet eius Luna xiiij. in 17. Aprilis, biduo fermè ante plenilunium. quod Canonibus repugnat. Quin etiam vt vel hinc intelligas, vter noſtrum rectius & collocet, & vſurpet Epactas. Eo ipſo anno (vnum exemplum è multis proferam) Epactam aſſumis 26. ex tua methodo, quam in 3. Aprilis collocaſti, cuius Luna xiiij. in 16. Aprilis cadit, & triduo fermè plenilunium anteuertit. quo quid ineptius?

SCALIGER.

a SCIO quid attulit ad hanc rem Clauius, a quæ inter
erat

erat exiſtimationis eius non produxiſſe,aut errorem ſuſtuliſſe. Et ſanè prudentius errorem emendaſſet, quam excuſaſſet. Tantum abeſt, inquit, vt Nouilunia turbentur, vt potius in ſuas ſedes reſtituantur.

CLAVIVS.

a SANE *mallem Scaligerum, cuius exiſtimationi conſultum volo, hæc omnino tacuiſſe, ne in alieno errore perperam notando, bis ipſe erraſſe argueretur. Paulò ante oſtendi, nullum errorem in Lunationibus committi, propter diuerſicolores Epactas xxv. 25. immo ex ipſis Lunas xiiij. Paſchales, quod caput eſt, rectiſſimè inueniri. Vbi igitur error iſte latet, quem à nobis ſublatum Scaliger vellet? Hoc autem multò etiam magis apparebit, cum plurima deinde plenilunia ſupputabimus contra Scaligerianas Epactas.*

SCALIGER.

b HEM quæ iſthæc philoſophia eſt? Duo ſunt vnum, & vnum duo. Vna dies in duas Epactas tributa eſt. duæ Epactæ in vnam diem collatæ.

CLAVIVS.

b HIC *ego non poſſum, quin exclamem. Deus Bone, quid eſt hoc? Philoſophus ac Mathematicus nobilis, à quo non ſolum Flandria, & Germania, ſed etiam Gallia commota eſt, negat ſe intelligere eam philoſophiam, qua ipſemet vtatur. Quæſo te, Scaliger, collige & cohibe te, ne in tuum ipſe mucronem incurras. An non tu quoque duas Epactas* o. 29. *in vnum diem conieciſti? Quod ſi cauillari libet, iiſdem mihi uerbis licet cauillari tuas Epactas, (Nam propter duas Epactas* o. 29. *eidem diei aſcriptas, cogeris ſuperiori diei apponere eandem Epactam*

o. ni-

o. *nigram vna cum Epacta* 1. *cum id Lunationum ordo requirat) & tecum exclamare.* Hem, quæ iſthæc Philoſophia eſt? Duo ſunt vnum, & vnum duo. Vna dies in in duas Epactas tributa eſt: duæ Epactæ in vnum diem collatæ. *Sed ambo pariter iſtas captiones irrideamus licet. Alternatio enim menſium Lunarium* 30. & 29. *dierum exigit neceſſario, vt hæc philoſophia admittatur, duæque Epactæ in vnum diem conferantur, & vna dies in duas Epactas diſcolores tribuatur. Reſtat, vt quoniam in eadem cauſa ſumus, illud videamus, vter noſtrum binas haſce Epactas melius vſurpauerit. Equidem in Apologia lib.* 2. *cap.* 3. *perſpicuè docui, vt concilij Nicæni auctoritatem ſequamur, rectius id fieri per Epactas* 25. 24. *quam per* o. 29. *quòd ita Lunationes Paſchales à Lunationibus illius concilij minus diſcrepent. Tuæ nunc partes ſunt oſtendere, rectius id fieri per Epactas tuas* o. 29. *quod nunquam efficies.*

SCALIGER.

a SED quare offendit eos æquabilis, & continuata Epactarum ordinatio? Ab Epactis ★ 29. 28. 27. 26. 25. in Martio, ad Epactas ſimiles in Aprili ſunt dies 30. Ab Epacta 24. & deinceps Martii, ad Epactam ſimilem, & deinceps in Aprili, ſunt dies 29. duntaxat.

CLAVIVS.

a *NON offendit nos quidem, delectat potius, æquabilis, & continuata Epactarum ordinatio. Itaque eam diligentiſſimè in Calendario obſeruauimus, niſi ſi quando alternatio menſium Lunarium in Epactis* 25. 24. *aliter fieri cogit. Id quod tu quoque, & ſi minus ſcite, feciſti in Epactis* o. 29.

SCA-

SCALIGER.

b QVARE deteriore conditione ſunt hæ, quam illæ? Sanè hæc ſnnt nugatoria.

CLAVIVS.

b QVONAM modo deteriore? an quia priores Epactæ habent Lunationes 30. dierum, poſteriores dierum 29? Iſto modo, vt pari ſint conditione, omnes Lunationes conſtituendæ erunt 30.dierum, vel 29. quod nemo, qui modo leuiter Mathematicis tinctus ſit, ferendum putet. quod ſi abſurdum eſt, certè neceſſe eſt, alteras Epactas 30. alteras 29. dierum Lunationes alternis habere. Sed quid verbis opus eſt? Si eam culpam eſſe vis. tu quoque in eadem culpa es. negas? agam tecum tabellis obſignatis. In tuo Calendario ab Epacta o. in principio Martij ad ſimilem proximam ſunt dies 30. Ab Epactis 29.28.27.& alijs deinceps in Martio ad proximas ſimiles ſunt dies duntaxat 29. Id quod euidentius in alijs menſibus apparet: cum ab Epactis 29. in vltimo Martij, & 28.27.26. & alijs deinceps in Aprili ad Epactas ſimiles proximas 29. 28. 27. 26. &c. in fine Aprilis, & in Maio, ſint dies 30. ab Epacta autem 29. in fine Aprilis, & 28.27.26.& alijs deinceps in Maio, ad proximas Epactas 29.28.27.26.&c. ſimiles in Maio & Iunio ſint dies 29. duntaxat. Hic ego te tuo gladio iugulabo. Quæro enim ex te. quare deteriore conditione ſunt hæ, quam illæ? *Sanè hæc ſunt nugatoria. ſed excuſo te: non tua Epactarum ratio nugatoria eſt, ſed oratio.*

SCALIGER.

a DVPLICITER igitur peccatum in Epactarum ordinatione in Calendario. Primùm, cum Epactam *. in

31. Mar-

31. Martij, Epactam autem 29. in Calendis Aprilis collocauit, interrupta naturali plenorum, & cauorum menſium alternatione. Deinde cum ne illum quidem ordinem ſeruauit, ſed 24. Epactam à ſexta die menſis in quintam tranſcripſit, &, duas Epactas concolores in vnam cellam, tanquam θεοὺς quoſdam ὁμονάους incluſit. neque contentus eo, binas rurſus Epactas in omnibus menſibus diſcolores in antecedentem cellam intruſit.

CLAVIVS.

a *AT vide, ne in hoc quoque tute multifariam pecces. In neutro enim peccatum eſſe a nobis, cum Epactam 29. diei 1. Aprilis aſcripſimus, & Epactam 24. Epactæ 25. copulauimus, ſatis a nobis ſupra declaratum eſt, vt nihil præterea hoc loco ea de re dici neceſſe ſit. Perfecte enim naturalem plenorum, & cauorum menſium Lunarium alternationem obſeruauimus. quod pluribus explicatum eſt in Apologia lib. 2. cap. 3. Quotuplex igitur peccatum eſt tuum, qui duplex in alio peccatum perperam accuſas? Præſertim vero, cum ipſe, quod in nobis reprehendis, admittas? Duas quippe Epactas o. 29. concolores in vnam cellam, tanquam θεοὺς quoſdam ὁμονάους, vt cauillaris, incluſiſti. In eo autem quod nos irrides, qui binas Epactas in omnibus menſibus diſcolores in antecedentem cellam intruſerimus, ipſe ruas.*

SCALIGER.

b QVOD ſane cur faceret, & cur illa Aethiopiſſa Epacta miniatulæ præferatur, quando numerus aureus maior eſt, quam 11. cauſa non erat; quemadmodum ex iis, quæ ſupra adduximus, ſatis demonſtratum fuit.

CLAVIVS.

b *IVSTISSIMA huiuſce rei cauſa reddita a nobis eſt*

*bis eſt in Apologia lib.2.cap.3. quam ſi attentius conſiderabis, non quæres profecto, cur fecerim, vt Epactam illam nigram, quam tu Aethiopiſſam per iocum appellas, miniatulæ præferrem, quoties numerus aureus maior eſt, quam 11. Quam tu Aethiopiſſam, quia repudiaſti, in magnis interdum uerſaris anguſtijs. cogeris enim duo Nouilunia eiuſdem cycli decennouennalis in eundem diem intrudere: videlicet, cum vtraque Epacta 0. & 29. in eundem cyclum incidunt. Næ tu, ſi huius Aethiopiſſæ vſum noſſes, eam cupide retinuiſſes, & præter Epactam 1. etiam Epactam 0. nigram diei 30. Martij appoſuiſſes, vt eius beneficio id, quod dixi, incommodum vitares. quod annis 2546. & 2557. incurres. Nam anno 2546. aureus numerus erit 1. & ex tua methodo in tabula iuſtæ periodi tropicæ, Epacta 29. Anno autem 2557. numerus aureus erit 12. & ex eadem tua methodo, Epacta 0. quæ duæ Epactæ 29. & 0. in eundem diem coniectæ Nouilunia eiuſdem cycli eodem die exhibent. Vide nunc, quanto periculo te eximeret illa Aethiopiſſa, quam tantopere deſpicis. Si enim tunc aſſumeretur Epacta 0. nigra ante rubram, nullo negotio hoc incommodum vitaretur. Dices, ſi tunc Epacta 1. & 0. nigra eundem occuparent diem, profecto in eodem hæreremus luto, neque Aethiopiſſa nobis quicquam opis afferret. Non eſt ita. Nunquam enim Epacta 1. cum 0. nigra concurret, ſic vt vtraque eodem cyclo in vſu ſit. quod copioſius explicatum eſt de Epacta 26. & 25. nigra, in Apologia lib. 2. cap. 3. perſpicuumque eſt in tabula noſtra expanſa, in qua nullus cyclus habet Epactam 1. in quo Epacta *, ſub aureo numero maiore quam 11. collocata eſt. At vide, quam la-*

te pateat hic error, in quem, ob contemptam Aethiopiſſam, incidiſti. In eiſdem enim anguſtijs verſaberis hiſce annis, quos ſubijciam. 2565. 2576. 2584. 2595. 2603. 2614. 2622. 2633. Bini namque ordine ſumpti in eadem cyclo decennouennali continentur, & in priore quidem aureus numerus 1. concurrit cum Epacta 29. in poſteriore vero aureus numerus 12. cum Epacta 0. ex tua methodo. Item hiſce annis, 3214. 3225. 3233. 3244. 3252. 3263. 3271. 3282. 3290. 3301. Nam ſi ordine ſumantur bini, concurret in priore cum aureo numero 4. Epacta 29. in poſteriore vero aureus numerus 15. cum Epacta 0. Item his, 3483. 3494. 3502. 3513. 3521. 3532. 3540. 3551. 3559. 3570. 3578. 3589. Binis enim rurſum ordine acceptis, in priore cum aureo numero 7. concurrit Epacta 29. & in poſteriore cum aureo numero 18. Epacta 0. Item hiſce annis, 4561. 4572. 4580. 4591. 4599. 4610. 4618. 4629. 4637. 4648. 4656. 4667. In priore etenim, ſi bini capiantur ordine, cum aureo numero 2. concurret Epacta 29. & in poſteriore Epacta 0. cum numero aureo 13. Praeterea hiſce annis, 5362. 5373. 5381. 5392. 5400. 5411. 5419. 5430. 5438. 5449. Rurſus enim binis acceptis ordine, in priore concurret aureus numerus 5. cum Epacta 29. in poſteriore autem cum aureo numero 16. Epacta 0. Idem denique fiet, quoties in vſu erunt octo cycli tabulæ noſtræ expanſæ. quibus litteræ N, G, B, t, q, k, g, d, præfiguntur. In his quippe ſemper concurrit aureus numerus maior quam 11. cum Epacta 0. vel *. vel 30. aureus vero numerus non maior, quam 11. cum Epacta 29. ac proinde cogeris duo Nouilunia eiuſdem cycli decennouenna-

uennalis in eundem diem conijcere. quibus ex ſalebris facile te expediſſes, Aethiopiſſa duce, ſi eam noſtro exemplo, miniatulæ prætuliſſes. Eſſe autem ineptum, abſurdumque, duo Nouilunia eidem diei eiuſdem cycli aſcribere, quis non videt, qui modo Computum Eccleſiaſticum primoribus labris attigerit? Propterea enim magno ſanè artificio excogitatus eſt cyclus decennouennalis, quod ſpatio 19. annorum nullum Nouilunium ad eundem redeat diem. Videsne Epacta illa nigra quam præclaros vſus habeat? vides hoc præſidio contempto, quoties tua illa egregia methodus ruat? I nunc, & noſtram Aethiopiſſam præ miniatula irride.

SCALIGER.

ALIVD ſupereſt incommodum in ordinatione Epactarum. Epactæ enim ſunt Paſchales, & propter Paſcha inſtitutæ: [a] ac propterea earum initium in menſe Paſchali, hoc eſt, Martio, inſtituendum fuit. Martius enim eſt primus menſis in veteri Eccleſia. Gregorius Turonenſis Iulium, quintum menſem vocat, Sidonius Februarium, duodecimum. Quia igitur non à Martio, ſed à Calendario Ianuarij orditur Epactas ſuas Lilius, propterea duo incommoda incurrit. Prius eſt, quod in anno biſſextili, poſt Februarium turbantur Neomeniæ, interuentu biſſexti antecedentis. Alterum eſt, quod à Calendis Decembris ad 31. Ianuarij nulla eſt Epacta xix, præter eam, quæ in ſecunda Decembris annotata eſt, cum tamen à ſecunda Decembris ad vltimã Ianuarij, ſint duæ Syzygiæ abſolutæ. Vnde contingit, vt quando Epacta xix. concurrit cum aureo numero 19. nulla inueniatur Epacta, quæ ſecundam Syzygiam notet. Quare ob hoc incommodum excogitata Epacta 19. atrata, quæ pedem poneret in poſſeſſionem Epactæ xx. in vltima Decembris. a

CLAVIVS.

a POTVIT id quidem fieri, quod tu vis. Nihil enim ad indagandum Paſcha menſes Ianuarius, & Februarius pertinent, & Martius anni Aſtronomici initiũ eſt. Sed cum à Ianuario aureus numerus noui anni politici, & Eccleſiaſtici incipiat, (ſemper enim eo menſe annus olim vertebatur, quod Ianuario menſe aureus numerus Nouilunium indicans, vnitate ſemper maior erat aureo numero, qui Decembri antecedenti Nouiluniũ monſtrabat) cur non cum aureo numero Epacta noui quoque anni incipiat? præſertim cum Ianuarius ac Februarius contineant dies 59. qui duas Lunationes explent, & Lunares menſes nihilo minus ſint alternis 30. & 29. dierum? Nam turbatio illa Neomeniarum interuentu biſſexti, quam tantopere formidas, & à concilio Nicæno, & ab Eccleſia ſemper contempta eſt: quippe cum aurei numeri eodem modo Neomenias turbarent: ſi tamen turbatio dicenda eſt, quæ nullo modo vitari poteſt, ſiue a Ianuario annus incipiat, ſiue a Martio. At enim nos in fine Decembris Epactam 19. non habemus: ne tu quidem in extremo Februario. Pares igitur ſumus, niſi quod hoc melior eſt noſtra ratio, quam tua, quod quoties aureus numerus 19. cum Epacta xix. ita concurrit, vt anno inſequenti, epacta ſit 1. cum aureo numero 1. tu cogeris Lunationem facere à 30. Ianuarij vſque ad 29. Martij, dierum videlicet 59. quod ridiculum ac monſtroſum eſt. Nos qui Epactam 19. nigram diei 31. Decembris aſcribimus, extra aleam ſumus. Id quod in Apologia ſatis declaratum eſt.

SCALIGER.

b EMENDENTVR igitur fœdi illi errores, & ita Calendarii Epactæ notentur.

CLAVIVS.

BONA verba quæſo, mi Scaliger. Iam ſatis oſtendi, nullum ineſſe errorem, qui emendandus ſit in noſtro Calendario. Quòd ſi errores emendare libet, tuos emendes licet: quos ſatis multos indicaui; plures etiam indicaturi ſumus, & quidem graues; non dicam fœdos, ne nos ipſi in linguæ intemperantiam, quam in aliјs reprehendimus, incurramus. Vnum tamen eſt, quod abs te ſcire aueo, niſi moleſtum eſt: Cur aliter Epactas in hoc tuo Calendario inſcribas, quàm in illo, quod edidiſti in libro de emendatione temporum. In eo enim eidem diei aſcripſiſti haſce duas Epactas 1. & 0. idque menſe Aprili: In hoc autem 0. & 29. menſe Martio. Cur initiјs, ac finibus menſium non eædem ſemper Epactæ in vtroque Calendario appoſitæ ſunt? Quæſo te, quæ cauſa eſt huius varietatis? Si rectè ibi caſtigaſti Epactas, cur eas hic iterum, & quidem aliter, caſtigas? Num vetera nouis caſtigaſti, quòd, nobis in Calendario Compendiј lucem præferentibus, plus iam videas, quàm antea videris? Nimirum ſi ita eſt, confido fore, vt cum ex noſtra hac admonitione maiorem lucem aſpexeris, hæc quoque vetera tibi videantur, quæ nunc ſunt noua.

SEQVITVR CALENDARIVM.
SCALIGERIANVM.

IANVARIVS

Epactæ	Liter Dom		Dies Mẽsis
xix	A	Cal.	1
xviij	b	iiij	2
xvij	c	iij	3
xvj	d	Prid.	4
xv	e	NON	5
xiiij	f	viij	6
xiij	g	vij	7
xij	A	vj	8
xj	b	v	9
x	c	iiij	10
ix	d	iij	11
viij	e	Prid.	12
vij	f	IDIB.	13
vj	g	xix	14
v	A	xviij	15
iiij	b	xvij	16
iij	c	xvj	17
ij	d	xv	18
j	e	xiiij	19
o xxix	f	xiij	20
xxviij	g	xij	21
xxvij	A	xj	22
xxvj	b	x	23
xxv	c	ix	24
xxiiij	d	viij	25
xxiij	e	vij	26
xxij	f	vj	27
xxj	g	v	28
xx	A	iiij	29
xix	b	iij	30
xviij	c	Prid.	31

FEBRVARIVS

Epactæ	Liter. Dom.		Dies Mẽsis
xvij	d	Cal.	1
xvj	e	iiij	2
xv	f	iij	3
xiiij	g	Prid.	4
xiij	A	NON.	5
xij	b	viij	6
xj	c	vij	7
x	d	vj	8
ix	e	v	9
viij	f	iiij	10
vij	g	iij	11
vj	A	Prid.	12
v	b	IDIB.	13
iiij	c	xvj	14
iij	d	xv	15
ij	e	xiiij	16
j	f	xiij	17
o	g	xij	18
xxix	A	xj	19
xxviij	b	x	20
xxvij	c	ix	21
xxvj	d	viij	22
xxv	e	vij	23
xxiiij	f	vj	24
xxiij	g	v	25
xxij	A	iiij	26
xxj	b	iij	27
xx	c	Prid.	28
xix			

MARTIVS.

Epactæ	Liter. Dom.		Dies Mẽſis
o	d	Cal.	1
xxix	e	vj	2
xxvii	f	v	3
xxvij	g	iiij	4
xxvj	A	iij	5
xxv	b	Prid.	6
xxiiij	c	NON.	7
xxiij	d	viij	8
xxij	e	vij	9
xxj	f	vj	10
xx	g	v	11
xix	A	iiij	12
xviij	b	iij	13
xvij	c	Prid.	14
xvj	d	IDIB.	15
xv	e	xvij	16
xiiij	f	xvj	17
xiij	g	xv	18
xij	A	xiiij	19
xj	b	xiij	20
x	c	xij	21
ix	d	xj	22
viij	e	x	23
vij	f	ix	24
vj	g	viij	25
v	A	vij	26
iiij	b	vj	27
iij	c	v	28
ij	d	iiij	9
j	e	iij	30
o xxix	f	Prid.	31

APRILIS.

Epactæ	Liter. Dom		Dies Mẽſis
xxviij	g	Cal.	1
xxvij	A	iiij	2
xxvj	b	iij	3
xxv	c	Prid.	4
xxiiij	d	NON.	5
xxiij	e	viij.	6
xxij	f	vij	7
xxi	g	vj	8
xx	A	v	9
xix	b	iiij	10
xviij	c	iij	11
xvij	d	Prid.	12
xvj	e	IDIB.	13
xv	f	xviij	14
xiiij	g	xvij	15
xiij	A	xvi	16
xij	b	xv	17
xj	c	xiiij	18
x	d	xiij	19
ix	e	xij	20
viij	f	xj	21
vij	g	x	22
vj	A	ix	23
v	b	viij	24
iiij	c	vij	25
iij	d	vj	26
ij	e	v	27
i	f	iiij	28
o	g	iij	29
xxix	A	Prid.	30

MAIVS.

Epactæ	Liter. Dom.		Dies Mēſis
xxviij	b	Cal.	1
xxvij	c	vj	2
xxvj	d	v	3
xxv	e	iiij	4
xxiiij	f	iij	5
xxiij	g	Prid.	6
xxij	A	NON.	7
xxj	b	viij	8
xx	c	vij	9
xix	d	vj	10
xviij	e	v	11
xvij	f	iiij	12
xvj	g	iij	13
xv	A	Prid.	14
xiiij	b	IDIB.	15
xiij	c	xvij	16
xij	d	xvj	17
xj	e	xv	18
x	f	xiiij	19
ix	g	xiij	20
viij	A	xij	21
vij	b	xj	22
vj	c	x	23
v	d	xj	24
iiij	e	viij	25
iij	f	vij	26
ij	g	vj	27
j	A	v	28
o xxix	b	iiij	29
xxviij	c	iij	30
xxvij	d	Prid.	31

IVNIVS.

Epactæ	Liter. Dom.		Dies Mēſis
xxvj	e	Cal.	1
xxv	f	iiij	2
xxiiij	g	iij	3
xxiij	A	Prid.	4
xxij	b	NON.	5
xxj	c	viij	6
xx	d	vij	7
xix	e	vj	8
xviij	f	v	9
xvij	g	iiij	10
xvj	A	iij	11
xv	b	Prid.	12
xiiij	c	IDIB.	13
xiij	d	xviij	14
xij	e	xvij	15
xj	f	xvj	16
x	g	xv	17
ix	A	xiiij	18
viij	b	xiij	19
vij	c	xij	20
vj	d	xj	21
v	e	x	22
iiij	f	ix	23
iij	g	viij	24
ij	A	vij	25
j	b	vj	26
o	c	v	27
xxix	d	iiij	28
xxviij	e	iij	29
xxvij	f	Prid.	30

IVLIVS.

Epactæ	Liter. Dom.		Dies Mẽſis
xxvj	g	Cal.	1
xxv	A	vj	2
xxiiij	b	v	3
xxiij	c	iiij	4
xxij	d	iij	5
xxj	e	Prid.	6
xx	f	NON.	7
xix	g	viij	8
xviij	A	vij	9
xvij	b	vj	10
xvj	c	v	11
xv	d	iiij	12
xiiij	e	iij	13
xiij	f	Prid.	14
xij	g	IDIB.	15
xj	A	xvij	16
x	b	xvj	17
ix	c	xv	18
viij	d	xiiij	19
vij	e	xiij	20
vj	f	xij	21
v	g	xj	22
iiij	A	x	23
iij	b	ix	24
ij	c	viij	25
j	d	vij	26
o xxix	e	vj	27
xxviij	f	v	28
xxvij	g	iiij	29
xxvj	A	iij	30
xxv	b	Prid.	31

AVGVSTVS.

Epactæ	Liter. Dom.		Dies Mẽſis
xxiiij	c	Cal.	1
xxiij	d	iiij	2
xxij	e	iij	3
xxj	f	Prid.	4
xx	g	NON.	5
xix	A	viij	6
xviij	b	vij	7
xvij	c	vj	8
xvj	d	v	9
xv	e	iiij	10
xiiij	f	iij	11
xiij	g	Prid.	12
xij	A	IDIB.	13
xj	b	xix	14
x	c	xviij	15
ix	d	xvij	16
viij	e	xvj	17
vij	f	xv	18
vj	g	xiiij	19
v	A	xiij	20
iiij	b	xij	21
iij	c	xj	22
ij	d	x	23
j	e	ix	24
o	f	viij	25
xxix	g	vij	26
xxviij	A	vj	27
xxvij	b	v	28
xxvj	c	iiij	29
xxv	d	iij	30
xxiiij	e	Prid.	31

SEPTEMBER.

Epactæ	Liter. Dom		Dies Mẽſis
xxiij	f	Cal.	1
xxij	g	iiij	2
xxj	A	iij	3
xx	b	Prid.	4
xix	c	NON.	5
xviij	d	viij	6
xvij	e	vij	7
xvj	f	vj	8
xv	g	v	9
xiiij	A	iiij	10
xiij	b	iij	11
xij	c	Prid.	11
xj	d	IDIB.	13
x	e	xviij	14
ix	f	xvij	15
viij	g	xvj	16
vij	A	xv	17
vj	b	xiiij	18
v	c	xiij	19
iiij	d	xij	20
iij	e	xj	21
ij	f	x	22
j	g	ix	23
o xxix	A	viij	24
xxviij	b	vij	25
xxvij	c	vj	26
xxvj	d	v	27
xxv	e	iiij	28
xxiiij	f	iij	29
xxiij	g	Prid.	30

OCTOBER.

Epactæ	Liter. Dom.		Dies Mẽſis
xxij	A	Cal.	1
xxj	b	vj	2
xx	c	v	3
xix	d	iiij	4
xviij	e	iij	5
xvij	f	Prid.	6
xvj	g	NON.	7
xv	A	viij	8
xiiij	b	vij	9
xiij	c	vj	10
xij	d	v	11
xj	e	iiij	12
x	f	iij	13
ix	g	Prid.	14
viij	A	IDIB.	15
vij	b	xvij	16
vj	c	xvj	17
v	d	xv	18
iiij	e	xiiij	19
iij	f	xiij	20
ij	g	xij	21
j	A	xj	22
o	b	x	23
xxix	c	ix	24
xxviij	d	viij	25
xxvij	e	vij	26
xxvj	f	vj	27
xxv	g	v	28
xxiiij	A	iiij	29
xxiij	b	iij	30
xxij	c	Prid.	31

NO-

NOVEMBER.

Epactæ	Liter. Dom.		Dies Mẽsis
xxj	d	Cal.	1
xx	e	iiij	2
xix	f	iij	3
xviij	g	Prid.	4
xvij	A	NON.	5
xvj	b	viij.	6
xv	c	vij	7
xiiij	d	vj	8
xiij	e	v	9
xij	f	iiij	10
xj	g	iij	11
x	A	Prid.	12
ix	b	IDIB.	13
viij	c	xviij	14
vij	d	xvij	15
vj	e	xvj	16
v	f	xv	17
iiij	g	xiiij	18
iij	A	xiij	19
ij	b	xij	20
j	c	xj	21
o xxix	d	x	22
xxvii,	e	ix	23
xxvij	f	viij	24
xxvj	g	vij	25
xxv	A	vj	26
xxiiij	b	v	27
xxiij	c	iiij	28
xxij	d	iij	29
xxj	e	Prid.	30

DECEMBER.

Epactæ	Liter. Dom.		Dies Mẽsis
xx	f	Cal.	1
xjx	g	iiij	2
xviij	A	iij	3
xvij	b	Prid.	4
xvj	c	NON.	5
xv	d	viij	6
xiiij	e	vij	7
xiij	f	vj	8
xij	g	v	9
xj	A	iiij	10
x	b	iij	11
jx	c	Prid.	12
viij	d	IDIB.	13
vij	e	xix	14
vj	f	xviij	15
v	g	xvij	16
iiij	A	xvj	17
iij	b	xv	18
ij	c	xiiij	19
j	d	xiij	20
o	e	xij	21
xxix	f	xj	22
xxviij	g	x	23
xxvij	A	ix	24
xxvj	b	viij	25
xxv	c	vij	26
xxiiij	d	vj	27
xxiij	e	v	28
xxij	f	iiij	29
xxj	g	iij	30
xx	A	Prid.	31

SCALIGER.

a CALENDARIO ita inſtituto.

CLAVIVS.

a *VIDE etiam atque etiam, mi Scaliger, quid agas; ne, ſi forte ſuas repetitum venerit olim Grex auium plumas: noſti cætera. Scis enim profecto, iſtuc Calendarium translatitium eſſe. Totum quippe eſt à Lilij Calendario, quod in compendio Reſtitutionis ad principes miſſum eſt, prioribus duobus menſibus exceptis, quos annum claudere vis, & qui ad indagationem Paſchatis nihil faciunt. Deinde fac eſſe tuũ, quod alienum eſt; an non meminiſti, lib. 2. Apologiæ cap. 3. indicata eſſe à nobis huius Calendarij vitia, propter quæ à nobis minus probaretur?*

SCALIGER.

b NVLLVS error ſequetur.

CLAVIVS.

b *QVI Mercurius hoc tibi præſtare poteſt? adeone ſecurus es erroris? an omnes iſtius viæ receſſus, ac diuerticula nota habes, atque perſpecta? At multa tibi monſtrabimus, quæ nunquam fortaſſe animaduertiſti. ex quibus intelliges, quam multiplex ſequatur error, præſertim ſi tua tabula æquationis accedat. quos errores poſterius proferam, vbi tuas tabulas examinabo.*

SCALIGER.

c NVLLA neceſſitas prodigioſi illius collegij duarum rubrarum, aut totidem diſcolorium Epactarum.

CLAVIVS.

c *QVI hoc probare cuique, vel tibimet ipſi potes? Si enim nulla eſt neceſſitas illius prodigioſi (vt vocas) collegij, cur ad eandem diem duas Epactas 0. vel 30. & 29. aſ-*

29. affixiſti? niſi forte idcirco id prodigioſum non eſt in tuo Calendario, quia pro 30. notam o. aſſumis. Quaſi vero interſit, quibus notis vtare, cum res eadem ſit. Verum enimuero, doctiſſime Scaliger, ſi lucem diſpicere volumus, facile intelligemus, id collegium propter menſes cauos, ac plenos vitari non poſſe; nec prodigioſum eſſe, ſed ingenioſum inuentum.

SCALIGER.

d OMNIA plana erunt, modo initium bonum teneatur, hoc eſt, vt ſecundum μεταπτώσεις Lunares ineatur ratio cyclorum.

CLAVIVS.

d VIDE mi Scaliger, quò progrediare. e ſemita in uiam redi. ne blanda iſtius ſemitæ ſpecies te fallat. Prædico, præmoneo, ſalebroſa eſt ac fallax. ſæpius hærebis, errabiſque, quam credis.

SCALIGER.

NAM, vt iam à nobis dictum eſt, in anno Iuliano Epactarum προέμπτωσις fit [a] poſt 304. annos, qui ſunt cycli Lunares xvi. abſoluti. In anno autem tropico contra, μετέμπτωσις fit poſt 228. aut 247. annos, hoc eſt, alternis poſt cyclos xii. aut xiii. a

CLAVIVS.

a FALSVM aſſumitur. Supra enim docui, anticipationem Lunæ fieri poſt annos 312. $\frac{1}{2}$ non autem poſt 304.

SCALIGER.

b MVTATIONES enim hæ non poſſunt contingere, niſi ex ratione cyclorum. Exemplum in anno Iuliano. Cum Epacta primi aurei numeri eſt xi. in anno Iuliano, vt hodie, Nouilunium eſt in xix. Martij. Hoc durabit annos 304. Poſtea fiet προέμπτωσις & Nouilunium, quod

erat

erat in xix. Martij, aſcenderit ad xviij. eiuſdem menſis. & in ſecundo anno aurei numeri, cum Epacta eſt 22. Nouilunium committitur in viii. Martii: poſt 304. autem annos, in eodem anno cycli, idem Nouilunium gradum fecerit in vii. menſis.

CLAVIVS.

b *NE hoc quidem verum eſt. Cum enim verè Lunationes diem unum anticipent ſpatio annorum 312½. vt ſupra diximus, & lib. 2. Apologiæ cap. 1. copioſè docuimus; liquidò conſtat, anticipationem hanc non contingere in periodo cyclorum. Nam in annis 312½ continentur cycli decemnouennales ſexdecim, & inſuper octo anni cum dimidio.*

SCALIGER.

c AB aureo igitur numero ad ſimilem aureum numerum fit mutatio, vt à primo ad primum; à ſecundo ad ſecundum. Rurſus in anno Tropico, in primo aureo numero, cum Epacta eſt vnitas, vt hodie, Nouilunium eſt in 30. Martii. Poſt annos 228. idem Nouilunium peſſum iuerit in 31. menſis, quando Epacta eiuſdem aurei numeri erit 0. aut ✶. Quia igitur mutatio Epactarum fiet in anno 1700. poſt omiſſionem biſſexti, eodem autem anno 1700. curret aureus numerus 10. Mutatio igitur facta erit ab aureo numero 10. anni 1586. ad aureum numerum 10. anni 1700. non autem ab anno 1500. ad annum 1700.

CLAVIVS.

c *HOC tibi facilè concedam, ſi rectè accipias. Id enim ita verum eſt, ſi quoties mutatio eſt facienda, cum eodem aureo numero aſſumatur Epacta vnitate maior, aut minor Epacta priore, prout Lunationes verſus initia menſium, vel fines deuolutæ fuerint. Exempli gratia. ſi*

cum aureo numero 8. currat Epacta x. aſſumenda eſt Epacta xi. vel ix. cum eodem aureo numero 8. vt ad ſimilem aureum numerum fiat mutatio. Id quod in noſtra methodo ſemper obſeruatum eſſe comperies. Cæterum non ſemper idem aureus numerus currit in principijs mutationum. quod etiam tua tabula æquationis oſtendit, vbi varij aurei numeri reſpondent annis, quibus mutationem faciendam eſſe decernis. Negari tamen non poteſt, quin à quouis aureo numero ad ſimilem tranſacti ſint præciſe aliquot cycli, vel ſaltem vnus, quamuis in principijs illorum cyclorum non fiat mutatio, ſed vel paulo ante, vel paulo poſt. Neque enim neceſſe eſt, mutationem fieri poſt aliquot cyclos præciſe abſolutos, ſed ſatis eſt, vt cum eodem aureo numero ſumatur Epacta maior, minorve precedente Epacta, quando mutatio facienda eſt, ſiue hoc fiat in principio noui cycli, ſiue paulo poſt. quod nullis rationibus labefactare poteris.

SCALIGER.

a HOC enim ridiculum eſt. Nam non idem eſt aureus numerus anni 1500. qui anni 1700.

CLAVIVS.

a PERINDE hoc dicis, ac ſi neceſſe ſit, vt idem ſit aureus numerus in initijs mutationum. quod ſecus eſſe, modo oſtendi; nec magis in tua, quam in noſtra methodo obſeruatur. Ais enim ab anno Chriſti 1601. ad annum 1733. mutationem fieri, cum tamen in priore anno aureus numerus ſit 6. in poſteriore 5. Rurſus ab anno 1875. ad 2001. mutationem fieri vis, & tamen prior habet aureum numerum 4. poſterior 7. Non igitur ridiculum eſt, mutationem fieri ab anno 1582. (pro quo male po-

le poſuiſti 1500) ad 1700. quamuis in vtroque non ſit idem aureus numerus. Satis quippe eſt, vt eidem aureo numero circa dictos annos reſpondeant duæ Epactæ unitate inter ſe differentes. Hoc, inquam, ridiculum non eſt. Illud ridiculum eſt, carpere in alio, quo te ipſe carpas imprudens.

S C A L I G E R.

b AT doctus Clauius dicit, hanc mutationem contingere in annis Iulianis 312. hoc eſt, in xvi. cyclis, & vna octaeteride. At in xvi. cyclis de Epilogiſmo Lunari supereſt vnus dies integer. Octaeteris autem maior eſt vno die, horis 12.41.33. quam octaeteris Iuliana. Ita fieret compenſatio. Sed vt dixi, hæc non conueniunt vſui politico.

C L A V I V S.

b *Non placet tibi, docte Scaliger, Lunationes annis $312\frac{1}{2}$ vnum diem aſcendere, vt ſæpius diximus; euerte igitur calculum, quo iſte aſcenſus extruitur in Apologia lib. 2. cap. 1. quod quidem nunquam efficies, niſi prius oſtenderis, Lunam, ſpatio 19. annorum anticipare hor. $1\frac{1}{2}$ contra communem ſententiam omnium Aſtronomorum. Aut certe profer aliquod argumentum pro tua ratione, dignum ingenio tuo. Nam quod attuliſti, mutationem ab aureo numero ad aureum numerum ſimilem fieri oportere, vt contra nos pugnares, plumbeum pugionem eſſe vidiſti.*

S C A L I G E R.

NAM exempli cauſa, Epacta Dionyſiana xi. primi aurei numeri notet Nouilunium in 20. Martii. Anno 313. ineunte, in quo Epacta aurei numeri ix. erit x. propter προέμπτωσιν notabit Nouilunium in 21. Martii.[c] Ita difc ferentia erit bidui. Tantum abeſt, vt iuſta periodus προέμ-

πτώσεως

πτώσεως fiat in 312. annis. Cũ enim Epacta numeri aurei ix. eſt x, tunc Epacta primi eſt xii. Ita, vt iam diximus, biduum aberit Nouilunium anni 313. ab Epocha anni 305. Non erat igitur, quare tantus vir in annis Iulianis 312. mutationem illam contingere ſibi perſuaderet. Nam quid potuit alienius ab inſtituto dicere, quam in annis Iulianis 312. Nouilunium fieri in xxi. Martii, quod antea contigerit in xix. cum id potius μετέμπτωσις non autem προέμπτωσις? Sed, vt dixi, nunquam aut προέμπτωσις in anno Iuliano fit, aut μετέμπτωσις in Tropico, niſi ab aureo numero ad ſimilem aureum numerum.

CLAVIVS.

HEM quæ ſunt iſtæ præſtigiæ? an ingenij fiducia, quaſi præſtigiarum plauſum petis? Nimirum, niſi nos fallere voluiſſes, ita eſſes argumentatus. Quoties aureo numero 1. reſpondet Epacta xi. aureo numero ix. debetur Epacta ix. Igitur abſolutis annis 312½. propter anticipationem Lunationum (niſi omiſſione biſſexti impediatur) aureo numero 1. reſpondebit Epacta xij & aureo numero ix. Epacta x. ac proinde Lunationes vno die citius contingent. Hoc inquam modo, quo dixi, argumentari debueras. Vbi igitur eſt tua differentia bidui? Omnino copioſa eſt argumentatio tua, & in te ipſum retorqueri poteſt. Nam in tabula tetracoſieteridis emendatæ, anno 1865. aureus numerus eſt 4. & Epacta iiij. Anno deinde 2001. quo mutationem fieri deorſum vis, aureus numerus eſt 7. Igitur Epacta ei reſpondebit iij. Sed quoties aureo numero 7. reſpondet Epacta iij. aureo numero 4. debetur Epacta o. Ergo Nouilunium, quod anno 1865. ab aureo numero 4. vel Epacta iiij. in 27. Martij indicatur, fiet poſt annum 2001. (cum exiſtat rurſus au-

reus numerus 4. & Epacta o.) in vltimo Martij. Ita differentia erit tridui; ſed ſtultum eſt ab ijs, quæ clara ſunt ipſa per ſe, præſtigijs captionibuſque depelli. Rite ita argumentandum erat. Quando aureo numero 4. reſpondet Epacta iiij. aureo numero 7. debetur Epacta vij. Igitur, cum facienda eſt mutatio deorſum, aureo numero 4. reſpondebit Epacta iij. & aureo numero 7. Epacta vi. ac proinde Lunationes vno die ſerius contingent.

SCALIGER.

a SED neque prudenter fecit Lilius, qui omnibus 300. annis Iulianis ait προέμπτωσιν fieri. Non enim magis in 300. quam 312. fit. Neuter enim numerus eſt decemnouennalis.

CLAVIVS.

a QVAM prudenter fecerit Lilius, vt methodum vſui politico congruam proponeret, ſatis apparet ex cap. 4. lib. 2. Apologiæ, vbi explicatur hæc methodus per 300. annos progrediens. Nec vero quicquam refert, quod neuter horum numerorum 300. 312. ſit decennouennalis, vt ſupra diximus, cum doceremus mutationem non fieri ab aureo numero ad ſimilem aureum numerum.

SCALIGER.

INSTITVAMVS igitur tabulam, in qua notatis annis Chriſti collectis per 132. & 136. notetur etiam
b Neomenia Iudaica ſecundum interualla cyclorum inter epocham annorum Chriſti incipientium ab anno 1557. ad epocham annorum collectorum. Tunc ex anticipatione Iuliana facile deprehendetur μετέμπτωσις Tropica ſecundum biſſexta reijcula.

CLAVIVS.

b Iſta vero Neomenia Iudaica non minus veræ cyclorum

rum

rum rationi (quod ad Lunas xiiij. attinet) aduerſatur, quam Iudæi Chriſtianis. Id adeo tute intelliges, cum te eius fraude plurimis, & maximis implicatum videbis erroribus.

SCALIGER.

HOC vt expeditius animaduertas, en tabulam prius ſubiecimus, in qua primus ordo continet annos Chriſti collectos per bis 132. & ſemel 136. Secundus ordo continet cyclum Solis Iulianum; tertius literam dominicalem ei reſpondentem; quartus aureum numerum itidem eidem anno congruentem: quintus Neomeniam Iudaicam: ſextus interualla cyclorum, ſiue aureorum numerorum inter annum propoſitum, & annos Chriſti à 1577. ad 1595. incluſiuè; vt habes ſupra in Tabella cycli. Exemplum. Anno Chriſti 1601. congruit aureus numerus 6. Ab anno Chriſti 1582. in quo erat idem numerus aureus, ad annum propoſitum ſunt anni 19. & proinde cyclus vnus abſolutus. Quare adiunctis 2. 16. 595. quæ competunt vni cyclo, ad Neomeniam 7. 10. 822. quæ eſt Neomenia illius anni 1582. habebis Neomeniam 3. 3. 337. in anno propoſito 1601. Et quia litera dominicalis Iuliana eſt D. ergo feria tertia, quæ competit Neomeniæ, erit in litera F, & proinde in 24. Martii Iuliani, vt habes in ordine ſeptimo. Sed quia 10. dies reiecti ſunt ex anno Iuliano, qui notati ſunt in ordine octauo, propterea Neomenia deprehendetur in 3. Aprilis Tropici, feria itidem tertia, ſiquidem litera dominicalis eſt G. Rurſus ad annum 3465. interuallum cyclorum ab anno Chriſti 1584. ſunt cycli 99. præciſi. Itaque character cyclorum 99. nempe 7. 6. 585. ad Neomeniam 2. 4. 414. anni Chriſti 1584. adiectus conflabit Neomeniam 2. 10. 999. anni propoſiti 3465. in 24. Februarii Iuliani, feria ſecunda, vt notat litera dominicalis Iuliana E. Et quia 24. dies reiiculi oſte-

TABVLA AEQVATIONIS EPACTARVM

In Tetracoſieteride Emendata.

	Anni Chriſti collecti	Cyclus Solis Iulianus	Litera Dom. Iuliana	Aur. Num.	Neomenia Iudaica: Feria	Horæ	Scrup. 1080.	Intervalla Cyclorum Lunarium	Dies menſis Iuliani		Dies reſectiui	Vera Litera Domin. anni tropici	Dies menſis tropici	Epacta anni tropici	Aur. Num. primus
	1601	14	D	6	3.	3.	337	1	24.	M	10	G	3. A	26	1
	1733	6	G	5	2.	1.	673	8	5.	M	11	D	16 M	5	1
	1865	26	C	4	2.	12.	722	15	15.	M	12	A	2[illegible]. M	4	1
	2001	22	A	7	7.	23.	748	22	12.	M	13	G	25. M	6	0
*	2133	14	D	6	1.	11.	717	29	22.	M	14	D	5. A	24	29
	2265	6	G	5	7.	9.	53	36	3.	M	15	A	19. M	12	28
	2401	2	E	8	5.	20.	79	43	28.	Feb.	16	G	16. M	15	28
	2533	22	A	7	6.	7.	128	50	10.	M	17	D	27 M	4	28
*	2665	14	D	6	6.	18.	177	57	21.	M	18	A	8. A	21	26
*	2801	10	B	9	5.	5.	203	64	17.	M	19	G	5. A	24	26
	2933	2	E	8	4.	3.	539	71	26.	Feb.	20	D	18. M	13	26
	3065	22	A	7	4.	14.	588	78	8.	M	21	A	29. M	2	26
	3201	18	F	10	3.	1.	509	85	5.	M	22	G	27. M	4	35
*	3333	10	B	9	3.	12.	663	92	15.	M	23	D	7. A	22	24
	3465	2	E	8	2.	10.	999	99	24.	Feb.	24	A	20. M	11	24
*	3601	26	C	11	7.	21.	1025	106	21.	M	25	G	15. A	14	24
	3733	18	F	10	1.	8.	1014	113	3.	M	26	D	29 M	2	23
*	3865	10	B	9	1.	20.	43	120	14.	M	27	A	10 A	19	21
*	4001	6	G	2	7.	17.	69	127	10.	M	28	G	7 A	22	21
*	4133	26	C	11	6.	5.	405	134	19.	M	29	D	17 A	12	22
	4265	18	F	10	6.	16.	349	141	1.	M	30	A	31. M	29	20
	4401	14	D	13	5.	3.	480	148	16.	Feb.	31	G	29. M	2	20
*	4533	6	G	12	5.	14	529	155	8.	M	32	D	9. A	20	1[illegible]
*	4665	26	C	11	4.	12	865	162	17.	M	33	A	19. A	10	2[illegible]
*	4801	[illegible]	A	14	[illegible]	23.	809	169	14.	M	34	G	17. A	1[illegible]	1[illegible]

Anni aſteriſcis notati ſunt ἐμβόλιμοι.

BIBLIOTECA PUBLICA LERIDA

runt ſeſe in ordine 8. propterea eadem Neomenia incidet in diem 20. Martii tropici, in litera B, hoc eſt, feria ſecunda. ſiquidem litera dominicalis tropica illius anni erit A. Ergo litera B, feria ſecunda. In ordine vndecimo ſunt Epactæ Neomeniarum ab ipſa ſynodo Lunæ, à qua ſcilicet quintadecima Luna eſt terminus Paſchalis. In duodecimo ordine notatus eſt primus aureus numerus, qui eo anno, & deinceps in vſu erit, donec iterum immutetur. Poſtremo ἐκβόλιμοι ſiue reiectilii menſes Lunares notati ſunt, quando Neomenia excedit quartam Aprilis. a Nam à quarta Aprilis quintadecima dies, erit quartadecima Chriſtianorum, vel quintadecima Niſan Iudaici.

CLAVIVS.

a *HOC ſatis à nobis refutatum eſt ſupra, cum docuimus, terminum Paſchalem eſſe Lunam xiiij. à Nouilunio, non autem xv. ſiue plenilunium. Qua de re plura lib. 1. Apologiæ cap. 1. & 3. Item lib. 2. cap. 6.*

SCALIGER.

ANNO 2133. Neomenia collata eſt in V. Aprilis, à qua quintadecima putata incidit in xix. Aprilis, nempe vltra terminum Paſchalem vltimum. Quare pro Neomenia Aprilis, Neomenia Martij aſſumenda e regione Epactæ xxiiij. hoc eſt, in ſeptima Martii, à qua quintadecima putata deſinet in xxi. Martii. Quare cum cyclus conſtet ex Syzygijs 235. quoties incidit menſis ἐκβόλιμος tunc cyclus habet tantum Syzygias 234. Itaque ab anno Chriſti 2114. in quo Neomenia contigit in iiij. Aprilis, ad annum propoſitum 2133. quamuis ſint anni xix. præteriti, & proinde ſyzygiæ 235. tamen ille cyclus habebit tantum ſyzygias 234. quòd Paſchalis ſyzygia ſit in 7. Martii, non autem in v. Aprilis, a Quanto tutior, immo verior ſit methodus iſta in deprehendendis metemptoſibus Lunæ in

anno tropico, quam ea, quæ fit per 300. aut per 312. annos, vel Clauius ipſe iudex eſto.

CLAVIVS.

a NOBIS aliter videtur: recte ſecus ne, paulò poſt viderimus, cum vtramque methodum conferemus, & noſtram longè & tutiorem, & veriorem eſſe in Lunis xiiij. notandis, ita perſpicuè demonſtrabimus, vt vel ipſum Scaligerum iudicem recuſaturi non ſimus.

SCALIGER.

b QVI ſane non negauerit, hanc tabulam eleganti artificio propagatam fuiſſe.

CLAVIVS.

b Equidem non nego, hanc tabulam eleganti artificio eſſe propagatam, ſed vereor, ne plus elegantiæ habeat, quam veritatis. quod facile intelliget, qui eam ad calculum reuocauerit. Nunc vnum ex te quæro: cuiuſmodi ſit hoc artificium, quod anno 1733. dies reijcitur, & proinde Lunationes per diem in Calendario deſcendunt quippe cum nondũ tranſierint 304. anni poſt annum 1601. tua tamen methodus eandem Epactam cum aureo numero 1. retinet quam anno 1601. Quod idem vſuuenit anno 1865. Ex hac enim incuria, mirum, quot oriantur errores in Lunis xiiij. inueſtigandis. Id quod ex tabula tropicæ periodi, quæ eodem ferè artificio eſt propagata, conſtabit. Hanc enim potius excutiemus, (licet & illam falſam eſſe, nonnullis exemplis demonſtraturi ſimus) quandoquidem pluris eam facis, quam alteram; præſertim verò, cum illam quaſi delapſam de cælo regulam, ac normam veritatis, omnibus gentibus ac populis proponas, ad quam omnium iudicia in emendatione Calendarij dirigantur.

gantur. Interim tamen hoc vtriuſque quaſi ſpecimen ſit, quod vtraque Lunationes in fines menſium non raro præcipitat, ſic vt biduo poſt eueniant, quam oporteret. Id quod fit ab anno 2533. ad annum 2665. & ab anno 3733. ad annum 3865. in Tetracoſieteride emendata. Deinde ab anno 2537. ad annum 2673. & ab anno 294. ad annum 3073. Item ab anno 3471. ad annum 3609. atque ab anno 4817. ad annum 4949. in iuſta periodo tropica. Quo quid alienius ab inſtituto dicere poteras? Nam aut Luna eget æquatione, propter eius anticipationem in 304. annis, aut non indiget. Si eget, manebunt vtique Nouilunia, vt prius, propter omiſſionem biſſexti. Dies enim ille, quo Nouilunia, ob diei reiectionem, quem æquatio anni Solaris expoſcit, deſcendere coguntur verſus fines menſium, reſtituitur verſus menſium initia, per anticipationem Lunæ. Qui igitur per duos dies deſcendent, vt tu vis? Sin autem Luna æquationem non deſiderat, deſcendent Nouilunia per vnum duntaxat diem, propter diei in anno biſſextili omiſſionem. qui error ex eo manauit, quod non habuiſti rationem anticipationis, & poſtpoſitionis Lunationum, vt par erat, ſed ſolum Neomeniæ Iudaicæ, ad quam accommodaſti Epactas tuas. Ex quo fit, vt idoneæ non ſint ad Lunas xiiij. Paſchales indagandas. quod ex hiſce paucis exemplis appoſitis intelligi poteſt.

Anni Domini	Aureus Numerus.	Epactæ Gregor.	Epactæ Scalig.	Lun. xiiij Gregor.	Lun. xiiij Scalig.	Dies exempti Scal.	Dies exempti Greg.	Plenil. media Gregoriana.	Plenil. media Scaligeriana.
								D.H.	D.H.
1870	9	28	29	15. A.	13. A.	12	12	15.7 A	15.7.A
1889	9	28	29	15. A.	13. A.	12	12	15.0.A	15.0 A
1927	9	27	29	16. A.	13. A.	12	13	16.8.A	15.8.A
1946	9	27	29	16. A	13. A	12	13	16.1.A	15.1.A
1965	9	27	29	16. A.	13. A.	12	13	15 18 A	14.18.A

EN hiſce annis tua Luna xiiij. biduo, vel triduo plenilunium anteuertit, quod eſt contra canones: noſtra autem Luna xiiij. vno duntaxat die plenilunium medium antecedit, vel certe in ipſum plenilunium incidit, quod canonibus congruit. Poſſum ſexcenta huius generis exempla apponere, quæ ſciens omitto, quod accuratius examen ad tabulam iuſtæ periodi tropicæ reſeruem. Vides ergo, verum eſſe, quod dicebam, tuam tabulam tetracoſieteridis emendatæ plus habere elegantiæ, quam veritatis.

SCALIGER.

a QVOD ſi Epactæ tabulæ cycli ab annis Domini 1577. conſtarent ſibi ſemper a, iam factam rem haberemus, cum eæ pro æqualibus, & ordinariis Epactis, quæ per incrementum vndenarii numeri progrediuntur, tutò aſſumi poſſent.

CLAVIVS.

a *PROXIMA quinque ſuperiora exempla docent,*

cent, quam factam rem haberemus, & quam tutò illas Epactas aſſumere poſſemus: planiusque idem docebit examen tabulæ iuſtæ periodi tropicæ.

SCALIGER.

NVNC vero mutant quædam ex illis, reliquis adhuc integris in ſua ſede manentibus, vt cuiuis, qui experiri volet, conſtare poteſt. [b] Quare Epactæ ex perpetuo cyclo Epactarum vſurpatæ, nunc quartamdecimam pro termino Paſchali, nunc quintamdecimam habebunt. qui non eſt error auctorum anni noui, ſed ipſarum æquabilium Epactarum. b

CLAVIVS.

b HOC non de induſtria fieri, ſed caſu euenire, ſæpe iam diximus: quippe ex cycli natura fit interdum, vt Luna xiiij. incidat in Lunam xv, ſeu plenilunium, vt & tu affirmas. Peccatur igitur, ſi peccatum dicendum eſt, cum dies quartusdecimus incidit in quintumdecimum, non cum in quartumdecimum. id enim potius optabile eſt, vt ex Canonibus, & Patrum decretis intelligi licet. Argumento eſt, quod ſi quartusdecimus incidat in plenilunium, & Dominicam, transferendum eſt Paſcha in Lunam xxij. quod tamen ipſum Canones, quoad eius fieri poſſit, vitari iubent: contra ac tu facis, qui terminum Paſchalem, Lunam xv. conſtituis.

SCALIGER.

a IN hoc autem error eſt auctorum anni, quod præcipiant anno 1598. Paſcha in 22. non in 29. Martii celebrari, cum ſciant, fœdiſſime ibi peccatum eſſe.

CLAVIVS.

a OHE, iam deſine errores temerè exprobrando, calumniandoque. Paſcha anni 1598. nos obtundere. in quo

ſæpius

ſæpius obiectando, uide ne fœdius abs te peccetur, quam ab ijs à quibus fœdiſſimè ibi peccatum eſſe dicis. Sæpe enim iam dixi, ſed ſæpius obijcienti dicendum eſt ſæpius, id Paſcha rite, & ex vſu Eccleſiæ, & ex Canonum præceptis celebratum iri: cuius rei ratio à nobis allata eſt in Apologia lib. 2. cap. 6. Qui ergo audes dicere, nos ſcire, fœdiſſime ibi peccatum eſſe?

SCALIGER.

SED obiicient, non poſſe huic malo obuiam iri, propter æquabilitatem Epactarum. Quam cum decrerint obſeruare, omni incommodo cauebitur,[b] ſi ab Epacta incluſiue ſemper quintamdecimam, non, vt ſolent, quartam decimam aſſumant. Aliquando enim ſed rariſſimè, ſerius plenilunium indicabitur. quod vitium ipſimet auctores tolerabilius eſſe fatentur, quàm ſi plenilunio præuertatur.

CLAVIVS.

b ITANE verò, mi Scaliger, tanquam Pythia ex Phœbi tripode hoc edis oraculum? Tu enim quis es, qui hoc tibi ſumas, vt Canonem condas, quo omnium Patrum de terminis Paſchalibus Canon euertitur? An non vides, quò te rapiat peruicacia, qui vt tuos iſtos terminos Paſchales conſtituas, non humana ſolum, ſed etiam diuina iura permiſceas? At vide tuus iſte Canon, ſi condatur, quam ſcitus & commodus ſit futurus. Ex eo quippe Paſcha ſæpiſſime Luna xxij contra Canones celebraretur: quoties videlicet Luna xv. in Dominicum incideret. Qui tuus Canon quot alia porrò vitia propagare poſſit, poſtea demonſtrabimus.

SCALIGER.

c ITA citimus terminus Neomeniæ Paſchalis erit vii. Martii, remotiſſima autem Neomenia iiii. Aprilis: hoc eſt,

eſt, Epacta citimi termini erit xxiiii. remotiſſimi xxv.

CLAVIVS.

c *OBSECRO te, mi Scaliger, ne æſtu ingenij abripi te, ac præcipitem agi ſinas. Immane eſt, quantum tibi ſumas, qui contra tot concilia, Canones, Decreta Patrum, & doctrinam omnium, qui de recta Paſchæ celebratione ſcripſerunt, perturbare coneris Nouilunia, terminosque Paſchales. Quis enim vnquam poſt Nicænum concilium vidit, legit, accepit, primum Nouilunium Paſchale fuiſſe 7. Martij, vltimum 4. Aprilis? An ignoras, omnes, qui de hac re præcepta tradiderunt, ita præcipere, vt ſi Nouilunium cadat u.g. in 8. Martij, terminus Paſchalis ſtatuatur in 21. eiuſdem menſis, non autem, vt tu uis, in 22.? Quo igitur iure hoc loco terminum Paſchalem vſitatum per vnum diem poſtponis? idemque in cæteris terminis Paſchalibus facis? Quis vnquam, non dicam, Summus Pontifex, ſed Imperator, Rex, aut Tyrannus fuit, qui adeo impotenter imperaret, vt orbem terræ vniuerſum ad ſuam libidinem, contra omnium gentium conſuetudinem ac mores regere ac fingere concupiſceret? Quemadmodum Orientales, vt de cæteris taceam, hoc tuum imperium accepturos exiſtimas, qui nullo modo in hoc negotio à Concilio Nicæno diſcedere volunt? Itaque ſi Calendarium emendare inſtituis, caue terminos, quos Patres poſuerunt, tranſgrediaris: alioqui nuſquam æquis auribus & animis audieris.*

SCALIGER.

a ITA nihil erit amplius, quod aut æquos animos of- a
fendat, aut iniquis anſam reprehendendi obiiciat. Nam qui ſomniant verni æquinoctii ἀναποδισμὸν trium & qua-

tuor

tuor dierum, & contra, næ ipſi oſtendunt, ſe parum in his literis videre. Id quod non poteſt paucis confutari.

CLAVIVS.

a ERRAS, *pace tua dixerim, doctiſſime Scaliger, ac vehementer erras. Iſta tua noua ratio offenderet animos omnium Orientalium, qui inde vſque à Concilio Nicæno ad hæc tempora terminos Paſchales cum Romana Eccleſia obſeruarunt: offenderet omnes Catholicos, cum viderent, ſine ulla grauiore cauſa Canones immutari: Poſtremò æqui iuxta & iniqui reprehendendi anſam arriperent, ægrè ferentes, nos ab antiqua conſuetudine, & quidem concilijs, decretisque Pontificum confirmata, diſcedere.*

SCALIGER.

b SED interuenit alia labes. Nam cum differentia anni tropici, & Iuliani ſint hor. 0. Min. 10. Sec. 44. Ter. 24. in annis 400. conſurgunt hor. 71. Min. 36. hoc eſt, triduum minus ſcrupulis 24. Iam illa ſcrupula in 2000. annis fiunt horæ 2. & in 24000. dies integer: qui quamuis poſt tot millia annorum contingere debet.

CLAVIVS.

b LABES *hæc nos minime feſellit, vt lib. 1. Apol. cap. 5. declarauimus. itaque nihil nobis obijcitur noui. Sed iſta qualiſcunque labes tanti non eſt, vt eius vitandæ gratia, difficilior, minuſque popularis intercalandi ratio introducatur, quam ea, quæ per 400. annos progreditur. Nam etſi ſcrupula illa neglecta ſpatio annorum circiter 24000. inducant (vt vult Scaliger) errorem vnius diei, tamen in Apologia lib. 1. cap. 5. & lib. 2. cap. 4. ratio à nobis præſcripta eſt, qua poſteri, ſi mundus tamdiu durabit, tantulo huic errori mederi queant. Quid? quòd fortaſſis*

taſſis ante 24000. annos oportebit aliam intercalandi formam inſtitui? Incertum quippe eſt, num hæc, quæ per annos 400. vel per 132. & 136. alternis progreditur, per multa annorum millia æquinoctium in 21. Martij conſeruatura ſit, quod nondum veram anni magnitudinem ſatis exploratam habeamus.

SCALIGER.

a TAMEN intererat non ſolum poſteritatis, quam emendatiſſimo anno vti, ſed etiam auctorum anni, quam emendatiſſimum proponere. id quod non fit, ſi Tetracoſieterida pro periodo Solari retineamus. Nam Tetracoſieteris, quæ poſt annos 20000. ſequetur, non vt reliquæ, tribus, ſed quatuor biſſextis mutilanda erit: & præterea poſt annos 12000. iam illa labes ſentiri, ac percipi incipiet in Nouiluniis, & æquinoctiis, propter dimidium diem, qui vellet aurem correctoribus anni, qui illo ſeculo extabunt, & venienti occurrere morbo clare clamabit. a

CLAVIVS.

a *NON nego, ſi quidem ſcenæ, & populo (vt dicitur) ſeruire poſſemus. Cæterum hæc eiuſmodi ſunt, quæ non aurificis ſtatera, ſed populari trutina examinari oporteat, præſertim cum anni magnitudo nondum, vt diximus, ſatis nota ſit, atque perſpecta. Quocirca ſatis fuit, annum proopoſuiſſe medium, id eſt, Alphonſinum, quem & tu probas, & meritò probas: quia adhuc quidem propter humani ingenij imbecillitatem, reique obſcuritatem, emendatior annus medius inueniri non potuit. Enimuero ſi rem attentius conſiderabimus, reperiemus (poſita anni magnitudine, qua vtimur) poſt 20000. æquinoctium adhuc prope 21. Martij hærere. cum id anno 20005. fiat die 20. poſt med.noc. vt in Apologia lib. 1. cap. 6.*

colle-

collegimus; & Lunas xiiij. canonibus congruere, cum vt ſupra diximus, anno 20014. aureus numerus ſit 8. Epacta xxix. eiuſque quartadecima die 14. Aprilis, plenilunium verò medium die 14. die 14. hora ferme 13. poſt mer. Itaque neque eo tempore tetracoſieteris quatuor biſſextis mutilanda eſt, neque verendum, ne illa labes, quam vaticinaris futuram poſt 12000. annos, ſentiri, ac percipi incipiat in Nouilunijs, & æquinoctijs, propter dimidiatum diem, qui haud quaquam, vt tu falſo denuncias, correctoribus anni illius ſeculi aurem vellet, nec clamabit venienti occurrere morbo, qui nullus veniet.

SCALIGER.

REIECTA igitur Tetracoſieteride, alternis annorum 132. & 136. interuallis eximantur biſſexta; donec quatuordecies hoc facto cyclus Solis in orbem redeat. Nam in 134. perit vnum biſſextum, & in 268. duo biſſexta perimuntur; hoc eſt, in annis 132. & 136. Nam ita fiet numerus quaternarius, qui non poteſt eſſe in 134. annis. Si igitur ſepties 268. anni aſſumantur, vel (quod idem eſt) quatuordecies alternentur 132. 136. fiet periodus an-
b norum 1876. b Iam ſanè vulgus facilius aſſueſiet huic alternationi, quam periodi Lilianæ centuriis.

CLAVIVS.

b AIN tandem fore, vt vulgus facilius aſſueſiat iſti alternationi, quam centurijs periodi Lilianæ? qui ſcis? an quia exiſtimas, vulgus Scaligero magis fauturum eſſe, quam Lilio, vt Scaligerianam rationem Lilianæ anteponat? Nam res ipſa loquitur, magis popularem eſſe intercalandi formam, quæ per centurias annorum æquabiliter incedit, omninoque ſimilis eſt conſuetæ intercalationi, quæ quarto quoque anno adhibetur, quam tuam, quæ

per

per alternationem annorum 132. & 136. inæqualiter progrediens claudicat. Tu verò hoc vulgo ſi perſuaſeris, quod nobis perſuadere conaris, eris mihi magnus Apollo.

SCALIGER.

c QVIS enim hoc non videt, & non miretur potius, Clauium exemptionem biſſextorum per tres continuas centurias huic methodo præferentem?

CLAVIVS.

c *NEMO videt præter te. Aut igitur tu vides vnus, cæteri cæci ſunt: aut ſi cæteri vident, tu vnus hallucinaris. Quippe in conuentu de correctione Calendarij æquabilis illa intercalandi ratio omnium ſententijs facilior, & popularior eſt iudicata: illa autem tua, propter inæquabilitatem, repudiata. vt mirer, te ingenio fretum, cauſæ iam tot doctiſſimorum hominum iudicijs iugulatæ patrocinium ſuſcepiſſe.*

SCALIGER.

d QVOD ſanè neque ille, neque reliqui auctores nouæ formæ feciſſent, ſi ante editionem anni hoc antea animaduertiſſent. Subiecimus autem tabulam duabus periodis conſtantem, cuius eadem conſtructio, forma, & methodus, quæ & ſuperioris, vt alia interpretatione non indigeat. Literæ Dominicales, à quibus incipit cyclus Solis, in omnibus metemptoſibus, continentur hoc diſticho:

Gaude digne coli, gaude fax clara bonorum.
Felix eſto bonis. ades & deuotus amicis.

SEQVITVR TABVLA AEQVATIONIS
Epactarum in iuſta periodo tropica.

Tabula æquationis Epactarum in iuſta periodo tropica.

	Anni [illegible] lecti	Cyclus ☉ Iulian.	Lit. Dom Iuliano	Aur. Numerus	Neomeniæ Iudaica: Feriæ	Horæ	Scrup. 1080.	Intervalla Cyclorum Lunarium	Dies Neomeniæ in menſe Iuliano	Lit. Do ann. trop	Dies reiectitii	Dies Neomeniæ in anno tropico	Epact. Neom.	Epa. Aur. Nu. I.
	1601	14	D	6	3	3	337		24. M	G	10	3 A	6	1
	1733	6	G	5	2	1	673	8	5 M	D	11	16. M	15	1
	1869	[illegible]	E	8	7	12	699	15	1. M	C	12	13. M	8	1
	2001	1[illegible]	A	7	7	23	748	22	12. M	G	13	25 M	6	0
	2137	1[illegible]	F	[illegible]	6	10	699	29	8. M	F	14	22. M	9	0
	2269	0	B	9	6	21	823	36	19. M	C	15	3. A	26	28
	2405	6	G	12	5	8	849	43	15. M	B	16	31. M	29	28
*	2537	26	[illegible]	11	4	7	105	50	24. M	F	17	10. A	19	29
*	2673	22	A	14	4	6	924	57	22. M	E	18	9. A	20	27
	2805	14	D	13	3	5	180	64	3. M	B	19	22. M	9	27
	2941	10	B	16	1	16	206	71	27. Feb.	A	20	19. M	12	27
	3073	2	E	15	2	3	255	78	10. M	E	21	31. M	29	25
	3209	26	C	18	7	14	281	85	6. M	D	22	28. M	3	6
*	3341	18	F	17	1	1	330	92	17. M	A	23	9. A	20	24
	3477	4	D	1	6	12	356	100	13. M	G	2[illegible]	6. A	23	3
	3609	6	G	19	1	3	207	107	25. Feb.	D	25	22. M	9	21
*	3745	2	E	3	3	21	718	114	19. M	C	26	14 A	15	23
	3877	22	A	2	4	8	767	121	1. M	G	27	28. M	3	22
	4013	18	F	5	2	19	793	128	26. Feb.	F	28	26 M	5	21
*	4145	10	B	4	3	6	842	135	8. M	C	29	6. A	23	20
	4281	6	G	7	1	17	868	142	4. M	B	30	3 A	26	20
*	4413	26	C	6	2	4	917	149	15. M	F	31	15. A	14	19
*	4549	2[illegible]	A	9	1	15	943	156	12. M	E	32	13. A	16	18
	4681	14	D	8	6	14	199	163	20. Feb.	B	33	25. M	6	1[illegible]
*	48[illegible]7	10	B	11	5	1	225	170	17. M	A	34	20. A	9	[illegible]
	49[illegible]9	2	E	10	5	12	269	177	27. Feb.	E	35	3 A	26	[illegible]
	5085	26	C	13	3	23	300	184	24. Feb.	D	36	1. A	[illegible]	[illegible]
*	5217	18	F	12	4	10	349	191	6. M	A	37	12. A	[illegible]	[illegible]
*	5353	14	D	15	2	21	375	198	3. M	G	38	10. A	19	1[illegible]

Anni aſteriſcis notati ſunt ἐκβόλιμοι.

(CLA-

CLAVIVS.

a *AIN vero, nos ante editionem anni non animaduertiſſe, intercalandi formam inſtitui poſſe alternis per annos 132. & 136. ? Miror quid tibi in mentem venerit iſtud prædicare. quod certe non feciſſes, ſi ante huius caſtigationis editionem, quæ à nobis in Apologia tradita ſunt, animaduertiſſes. Lege, quæſo te, cap. 5. lib. 1. Apologiæ. reperies, nos diſertis verbis docere, fieri quidem poſſe hoc modo biſſextorum omiſſionem, ſed illam per centurias annorum inſtitutam, quod facilior, & ad captum vulgi accommodatior, & (quod caput eſt) tutior eßet, potiorem iudicaſſe. En crimen, en cauſa, cur Scaliger, vir alioqui doctiſſimus, Gregorianum Calendarium orbis terræ conſenſu comprobatum vnus accuſet; accuſet dico? immo etiam indicta cauſa acerbè, atrociterque caſtiget; vt non immeritò tam æquus iudex de repetundis veteri more poſtuletur.*

AGE [b] *verò; quoniam criminibus eius ſatis reſpondimus, de ipſo emendatore, & correctore noſtro pauca dicamus, vt planius appareat, vtrum, quod tam fidenter pollicetur, afferat meliora. Scaligerianas ergo tabulas, quas ipſe in cælum effert laudibus, paulò attentius inſpiciamus. Primum igitur, quod ad ſuperiorem tabellam 19. annorum vnius cycli à 1577. ad 1595. attinet, tuam, doctiſſime Scaliger, conſtantiam deſidero. Neque enim eam cum tuo cyclo Epactarum perpetuo, aut doctri- a conuenire reperio. Nam cum in tabula iuſtæ perio- tropicæ aureo numero 1. reſpondere velis Epactam 1. no 1601. amabo te, cur anno 1577. qui ab illo 24. um annis abeſt, vt proinde in Luna mutatio fieri*

nulla potuerit, eidem aureo numero 1. *Epactam* ij. *tribuis? Aut ſi anno* 1577. *aureo numero* 1. *Epactam* ij. *addicis, cur anno* 1601. *eandem Epactam* ij. *eidem aureo numero* 1. *non aſſignas? Id enim vtique ratio poſtularet. An verò propterea aureo numero* 1. *Epactam* ij. *tribuendam cenſes anno* 1577. *vt Neomeniæ Iudaicæ ſeruias, quam in* 29. *Martij ſtatuiſti? Si hoc recipis, ſerpet error longius. Videbis enim plurimas Epactas reliquorum* 18. *annorum illius tabellæ mendoſas exiſtere. Nam quoties aureo numero* 1. *reſpondet Epacta* ij. *reſpondebunt ex tuo cyclo perpetuo alijs aureis numeris, durante eodem cyclo decemnouennali, Epactæ huiuſce tabellæ, quam hoc loco ſubiecimus: quarum ſanè Epactarum plurimæ ab ijs, quas in illa tua tabella notaſti, penitus diſcrepant.*

Aur. num.	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10
Ep. cyc. perp.	ij	xiij	xxiiij	v	xvj	xxvij	viij	xix	o	xj
Epact. Scal.	ij	xij	xxij	v	xvj	xxvj	vij	xix	xxix	xj

Aur. num.	11	12	13	14	15	16	17	18	19
Ep. cyc. perp.	xxij	iij	xiiij	xxv	vj	xvij	xviij	x	xx
Epact. Scal.	xxj	iiij	xiiij	xxiiij	vj	xvij	xxviij	ix	xx

En huiuſce tabellæ Epactæ decem ſolùm locis cum tuis Epactis congruunt, nimirum in cycli annis 1. 4. 5. 8. 10. 13. 15. 17. 18. 19. *In cæteris diſcrepant. Quòd ſi anno* 1577. *aureo numero* 1. *tribuatur Epacta* 1. *quemadmodum ab anno* 1601. *vt par eſt, (hoc quippe anno, cum nullus adhuc dies, præter* 10. *reiectus ſit, Luna nondum æquatione eget.) multò maior differentia apparebit, [...] hæc altera tabella demonſtrat.*

Aur.

Aur. num.	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10
Ep. cyc. perp	j	xij	xxiij	iij	xv	xxvj	vij	xviij	xxix	x
Epact. Scali.	ij	xij	xxiij	v	xvj	xxvj	vij	xix	xxix	xj

Aur. num.	11	12	13	14	15	16	17	18	19
Ep. cyc. perp.	xxj	ij	xiij	xxiiij	v	xvj	xxvj	viij	xix
Epact. Scali.	xxj	iiij	xiiij	xxiiij	vj	xviij	xxviij	ix	xx

Videsne, in ſeptem duntaxat locis, nimirum in cycli annis 2.3.6.7.9.11.14. Epactas conuenire? Et quidem in aureis numeris 12. & 16. differentiam eſſe duarum vnitatum? quod eſt perabſurdum, vt mox calculus docebit. Ad hæc, Epactam iiij. aurei numeri 12. procreatam eſſe ab antecedente Epacta per adiectionem 13. vnitatum? quod omnino prodigioſum eſt, & à Nouiluniorum ratione alieniſſimum. Dices, id factum eſſe interuentu biſſexti: audio. ſed hoc quoque dic. Cur idem factum non eſt annis 4. 8. 16. qui etiam ſunt biſſextiles? Cur deteriore conditione (tuis verbis utor) erunt hi, quam ille? Certè Lunationes cuiuſuis anni à proximè ſuperioris anni Lunationibus verſus menſium initia recedere non poſſunt longius, quam 11. diebus, ad ſummum 12. anno biſſextili: cum Epacta unius anni ſit D. 10. H. 15. Min. 11. Sec. 22. ſi communis ſit; ſin autem biſſextilis, D. 11. Hor. 15. Min. 11. Sec. 22. vt in Apologia lib. 2. cap. 6. declarauimus. At Lunationes per tuas Epactas anni 12. notatæ diſtant 13. diebus à Lunationibus anni 11. quæ ab Epactis indicantur, iis menſibus exceptis, qui duas Epactas o. xxix. eidem diei aſcribunt. Hoc manifeſtum eſt in Maio, & Aprili. Nam ab Epacta xxi. in Maio,

quæ Nouilunium anno 11. monſtrat, ad Epactam iiij. quam anno 12. Nouilunium notare vis in Aprili, numerantur dies 13. cum tamen calculus differentiam duorum horum Nouiluniorum mediorum, exhibeat tantum dierum 11. hor. 15. min. 11. Sec. 21. qui numerus duodecim diebus eſt minor, nedum tredecim. Ageſis, calculum conſulamus. Anno 1587. Nouilunium medium Maij incidit in diem 6. Hor. 23. Min. 50. Sec. 31. Anno verò 1588. Nouilunium medium in Aprili contingit die 25. Hor. 8. Min. 39. Sec. 10. cum tamen tua Epacta iiij. illud reponat in diem 25. multò ante Nouilunium medium, quod diei 26. tribuendum eſt. Iam ſi dies Aprilis 25. Hor. 8. Min. 39. Sec. 10. detrahamus ex diebus Maij 6. hoc eſt, ex diebus Aprilis 36. Hor. 23. Min. 50. Sec. 31. relinquetur dicta differentia Dierum 11. Hor. 15. Min. 11. Sec. 21. Vbi, quæſo, hic eſt differentia 13. dierum? At credo ſolum id eſt in Nouilunijs medijs dictorum annorum, non etiam in veris. Immo nihilo minus in his, quam in illis: cum neque Nouilunia vera eorundem duorum annorum, ac menſium per totos 12. dies inter ſe diſtent, vt ex Ephemeridibus Io. Antonij Magini conſtat. Vides, in quos laqueos Neomeniæ Iudaicæ te induxerint, vnde nunquam te expedire poſſis? vt nimirum Nouilunia cæleſtia præuenias, & vnum ab altero longius diſiungas, quam ratio poſtulat. quod nihil eſt aliud, quam totam Nouiluniorum rationem confundere, ac perturbare.

SED conferamus quoque eorundem annorum nonnullas tuas quartasdecimas cum noſtris, & cum plenilunijs medijs, vt videamus, vter noſtrum rectius ex vſu E[...]cleſiæ Epactas ordinauerit in Calendario, rectiuſq. Ep[...]

ctas

ſtas eligat ad Nouilunia Eccleſiaſtica demonſtranda: vt hinc quoque appareat, Nouilunia abs te non eſſe rectè notata: & ſine cauſa æquabilem progreſſum Epactarum per vndenarium numerum à te interruptum eſſe, vt Nouilunia aliter diſponeres. Hanc enim ſolum cauſam pro te afferre potes, cur Epactæ prædictorum 19. annorum ab Epactis cycli perpetui differant, & non æquabiliter per 11. progrediantur. Nam cum ita ſint Nouilunia inſtituenda, (vti in Apologia lib. 2. cap. 6. docui.) vt Lunæ xiiij. non præcurrant plenilunia biduo, ne ſi dies quartadecima inſequens foret Dominica, Paſcha ante plenilunium celebraretur: ex calculo deprehendemus, te hoc perrarò ſeruaſſe. Ecce tabellam cum Epactis, Lunis xiiij. & pleniluniis mediis.

Anni Domini	Aur. numerus	Epactæ Greg.	Epactæ Scali.	Lun. xiiij Gregor.	Lun. xiiij Scalig.	Plenilunia media	Dies, quibus xiiij. Sca præueniunt plenil.
1577	1	1	2	12. A	11. A	12. A. H. 10	2
1581	5	15	16	29. M	28. M	29. M. H. 10	2
1586	10	10	11	3. A	2. A	3. A. H. 8	2
1588	12	2	4	11. A	9. A	10. A. H. 14	2
1589	13	13	14	31. M	30. M	0. A. H. 1	3
1591	15	5	6	8. A	7. A	8. A. H. 5	2
1592	16	16	18	28. M	26. M	27. A. H. 14	2
1593	17	27	28	16. A	14. A	15. A. H. 12	2
1595	19	19	20	25. M	24. M	25. M. H. 5	2

Aſcribimus plenilunium, quod poſt meridiem euenit, [illegible]enti diei, ex doctrina omnium, qui de Computo ſcripſerunt. quod nec tu quidem inficiaberis, quippe cum No-

nilunium, quod 18 horis ſubſequitur occaſum Solis præcedentem, diei ſequenti attribuas. Quando igitur tua xiiij. duobus diebus pleniluniū antecedit, ſcito te cōtra Canones peccare. Nam ſi Luna tua xv. eſſet Dominica, celebrares Paſcha ante plenilunium, ſcilicet in vera Luna xiiij. quod per canones non licet. Quādo verò tribus fermè diebus tua xiiij. præcurrit pleniluniū, vt fit anno 1589. celebraretur Paſcha biduo ante pleniluniū in Luna xiij. ante Paſcha Iudæorum. quod magis abſurdum eſt. Sed fortaſſe dices. quid veſtra Luna xiiij nihilne eo anno anticipat? Anticipat illa quidem aliquantulum, ſed tamen die integro minus, quam tua. quod quidem fit ex natura cycli. Neque enim cyclus quocunq; modo in Calendario ordinatus omnia incōmoda vitare poteſt: Vnū illud curare ſummo ſtudio debemus, vt ita diſponatur, vt quā pauciſſima errata contineat. quod cōfidimus nos in Calēdario Gregoriano aſſecutos; cū multo pauciora in eo notentur errata, quā in tuo: vt partim ex ſupradicta tabella annorum 19. conſtat, partim etiā, & multo euidentius, in examine tabulæ tuæ æquationis iuſtæ periodi tropicæ planum fiet. In hiſce porrò 9. annis ſuperioris tabellæ, etiamſi non tua Luna xv. ſed xvi. eſſet Dominica, celebraretur tamen Paſcha poſt Lunam xv. (vt tu falsò, & contra Canones faciendum eſſe decreuiſti,) in ipſo plenilunio. quod tamen pernegas licere. Quocirca in id ipſum induis quod timebas. Siue ergo poſt Lunam xiiij. ſiue poſt xv. Paſcha proxime celebretur, conſtat Neomenias tuas Iudaicas in prædictis 9. annis falſas eſſe. Quin etiam, quod intolerabilius eſt, & contra omnes Comp[illegible] ſcriptores, in eiſdem 9. annis collocas Epactas in illis [illegible]bus, quibus Nouilunia media contingunt. Habes igitur, mi Io-

mi Ioſephe, quam falſa, & fallax ſit tua illa tabella 19. annorum: quam tamen fundamentũ ſtatuis tabulæ æquationis iuſtæ periodi tropicæ: ac proinde neceſſe eſt eam, cum tam infirmo nitatur fundamento, planè eſſe ruinoſam. quod iamiam ex eius examine manifeſtum erit.

PRINCIPIO *igitur animaduerto, te in mutatione Epactarum aureo numero 1. reſpondentium neque rationẽ habuiſſe anticipationis Nouiluniorum, quam in 304. annis affirmas contingere, neque dierum exemptorum, quorum ſinguli mutationem expoſcunt Epactæ currentis in Epactam inferiorem. qui ſane error maximus eſt, & familiam ducit. Nam antequam ab Epocha, ſiue radice elapſi ſint anni 304. toties mutanda erit Epacta currens in inferiorem, quot dies exempti fuerint. At quoties anni 304. elapſi fuerint, tot vnitates ex numero dierum reiectorum detrahendæ erunt, vt reliquus numerus indicet, quot vnitatibus minor Epacta, vel inferior, ſit aſſumenda. quod non ſeruaſti, ſed ſolum Neomenijs Iudaicis ſuperioris tabellæ 19. annorum fidem habuiſti: quæ te in fraudem, vti prædiximus, impulerunt. I nunc, & crede Iudæis, vt tuæ credulitatis pretium feras. At vide fraudem, in quam ex Neomenijs Iudaicis incidiſti. Ab anno 1581. ad 1733. nondum ſunt elapſi anni 304. ideoq. Luna æquatione non eget. Cum ergo anno 1733. dies vnus eximatur, mutanda erit Epacta 2. cum aureo numero 1. currens (quandoquidem aureo numero 5. anni 1581. reſpondet Epacta xvj.) in inferiorem 1. quod abs* [illegible]*factum eſt, & rectè. Deinde neque ab anno 1584. ad* [illegible]*69. numerãtur anni 304. Cum ergo anno 1869. alius* [illegible]*es eximatur, ac proinde tunc duo ſint dies reiecti poſt*

 corre-

*correctionē, ſumenda eſſet Epacta xvij. duabus vnitatibus minor, quā Epacta xix. currens cum aureo numero 8. anni 1584. Quocirca aureo numero 1. reſpondere deberet Epacta 0. vel *. non autē Epacta 1. vt in tabula habes. Rurſus ab anno 1583. ad 2001. ablati erunt 3. dies, et anni 304. numerantur ſemel: idcirco aſſumenda foret Epacta v. binario minor, quā Epacta vij. quæ anno 1583. aureo numero 7. te auctore, reſpōdet, hoc eſt, Epacta aurei numeri 1. deberet eſſe 29. non autē 0. vt tu vis. Deinde ab anno 1587. ad 2537. cōtinentur anni 304. ter. Dempto ergo ternario ex 7. diebus, qui tunc erunt ſublati, remanent 4. Atque tot vnitatibus minor Epacta aſſumenda eſſet, quā 21. quæ aureo numero 11. anni 1587. reſpondet, hoc eſt, Epacta 17. ac proinde aureo numero 1. Epacta 27. aſſignanda, cum tamen Epacta 29. à te tribuatur. Præterea ab anno 1595. ad 3609. putantur anni 304. ſexies. Ergo ſi demas ſenarium ex 15. diebus, qui tunc erunt exempti, remanent 9. Igitur ex Epacta 20. quæ aureo numero 19. anni 1595. reſpōdet, auferenda ſunt 9. vt remaneat Epacta xi. eidem aureo numero 19. reſpondens anno 3609. ideoque aureo numero 1. debebitur Epacta 23. & tamen tu aureo numero 1. Epactam 21. tribuis. Viden quantæ, & quam graues exiſtant ruinæ? Denique ſi eodem modo alios annos tabulæ iuſtæ periodi tropicæ examinare velimus, accipiendo ex tua tabella 19. annorum, annum qui eundem habeat aureum numerum cum anno aſſumpto in tabula iuſtæ periodi, deprehendemus, te valde raro Epactam aureo numero 1. tribuere, quam ratio anticipationis, & poſtpoſitionis Lunæ requirit. Quæ autem eſt alia cauſa erroris tanti, & tam longè lateq. diffuſi, niſi*

quod

quod Epactas ſolum addixiſti Nouilunijs Iudaicis? Ex quo intolerabiles errores in Nouilunijs, & Lunis xiiij. exiſtant, neceſſe eſt, vt tabula ſubiecta 50. annorum declarat: in qua primo loco annos Domini deſcripſimus: deinde aureos numeros eorundem. Tertio Epactas Calendarij Gregoriani. Quartus ordo Epactas, quæ per Epactas aureo numero 1. reſpondentes in tabula iuſtæ periodi, ex cyclo Epactarum perpetuo eruuntur, continet. Quintus Lunas xiiij. quas in Calendario Gregoriano Epactæ notant. Sextus Lunas xiiij. Scaligerianarum Epactarum. Septimus plenilunia media ſecundum intercalationem Calendarij Gregoriani. Octauus eadem plenilunia ad intercalationem Scaligeri. Nonus literas dominicales complectitur ex methodo Gregoriani Calendarij. Decimus eaſdem literas iuxta Scaligeri methodum offert. In vndecimo dies ſecundum æquationem Calendarij Gregoriani reiectos; & in duodecimo denique dies iuxta Scaligeri æquationem exemptos notauimus. Quotieſcunque autem tuæ lunæ xiiij. duobus diebus præcurrunt oppoſitiones medias, fatearis neceſſe eſt, Epactas te perperam inueſtigare, eaſdemque non rectè in Calendario ordinare, vt ſupra in examine tabellæ annorum 19. ab anno 1577. vſque ad annum 1595. dictum eſt: quandoquidem falſo per eas Lunæ xiiij. inueniuntur. Plenilunium porro in diem aliquem incidens poſt meridiem, aſſignandum eſt ſequenti diei, vt ſupra etiam monuimus. Calculus vero oppoſitionum me[d]iarum inſtitutus hic eſt, ſicuti & alibi, per tabulas Epa[cta]rum, quas in Apologia lib. 2. cap. 6. condidimus. A [c]alculo non multum diſcrepat ille, qui fit per Noui[lu]nia 76. annorum, quem Paulus Middelburgenſis tra-

Anni Domini	Aureus Numerus	Epactæ Gregorianæ	Epactæ Scaligerianæ	Lunæ xiiij Greg.	Lunæ xiiij Scali.	Plenilunia media Gregoriana	Plenilunia media Scaligeriana	Literæ Dom. Gregor.	Literæ Dom. Scalig.	Dies exempti Cal. Greg	Dies exempti Cal. Scali.
						H. M.	H. M.				
1715	6	25	26	18. A	16. A	18. 4. A	17. 4. A	F	E	11	10
1734	6	25	26	18. A	16. A	17. 20. A	17. 20. A	C	C	11	11
1737	9	28	29	15. A	13. A	14. 11. A	14. 11. A	F	F	11	11
1753	6	25	26	18. A	16. A	17. 13. A	17. 13. A	G	G	11	11
1775	9	28	29	15. A	13. A	14. 21. A	14. 21. A	A	A	11	11
1783	17	26	27	17. A	15. A	16. 9. A	16. 9. A	E	E	11	11
1791	6	25	26	18. A	16. A	17. 22. A	17. 22. A	B	B	11	11
1794	9	28	29	15. A	3. A	14. 13. A	14. 13. A	E	E	11	11
1802	17	26	27	17. A	15. A	17. 2. A	16. 2. A	C	B	12	11
1813	9	28	29	15. A	3. A	15. 6 A	14. 6. A	C	B	12	11
1851	9	28	29	15. A	13. A	15. 15. A	14. 15. A	E	D	12	11
1859	17	26	27	17. A	15. A	17. 3. A	16. 3. A	B	A	12	11
1878	17	26	27	17. A	15. A	16. 20. A	16. 20. A	F	F	12	12
1897	17	26	27	17. A	15. A	16. 12. A	16. 12. A	C	C	12	12
1911	2	*	2	13. A	11 A	13. 7. A	1[illegible]. 7. A	A	G	13	12
1919	1	29	1	14. A	12. A	14. 20. A	13. [illegible] A	E	D	13	12
1938	1	29	1	14. A	12. A	14. 13. A	13 13. A	B	A	13	12
1957	1	29	1	14. A	12. A	14. 5. A	13. 5. A	F	E	13	12
1987	2	*	2	13. A	11. A	13. 2. A	12. 2. A	D	[illegible]	13	12
1995	1	29	1	14. A	12. A	14. 14. A	13. 4. A	A	G	13	12
2215	12	29	1	14. A	12. A	14. 8 A	13. 8. A	A	G	15	14
2219	16	13	15	31. M	29. M	31. 14. M	30. 8. M	C	B	15	1[illegible]
2223	1	28	0	15. A	13. A	15. 21. A	14. 21. A	E	D	1[illegible]	[illegible]
2234	12	29	1	14. A	12. A	14. 1. A	13. 1. A	E	D	[illegible]	[illegible]
2238	16	13	15	31. M	29. M	31. 1. M	30. 1. M	G	F	[illegible]	[illegible]

Anni

Anni Domini	*Aureus Numerus*	*Epactæ Gregorianæ*	*Epactæ Scaligerianæ*	*Lunæ xiiij Greg.*	*Lunæ xiiij Scali*	*Plenilunia media Gregoriana*	*Plenilunia media Scaligeriana*	*Literæ Dom. Gregor.*	*Literæ Dom. Scalig.*	*Dies exempti Cal. Greg.*	*Dies exempti Cal. Scali.*
						H. M.	H. M.				
[illegible]519	12	28	29	15. A	13. A	15. 9. A	14. 9. A	A	G	17	16
2537	11	17	19	27. M	25. M	27. 4 M	27. 4. M	F	F	17	17
2538	12	28	0	15. A	13. A	15. 1. A	15. 1. A	E	E	17	17
2557	12	8	0	15. A	13. A	4. 18. A	14. 18. A	B	B	17	17
2575	11	17	19	27. M	25. M	27. 13. M	27. 13. M	A	A	17	17
2594	11	17	19	27. M	25. M	27. 5. M	27. 5. M	E	E	17	17
[illegible]595	12	28	0	15. A	13. A	15. 3. A	15. 3. A	D	D	17	17
2910	4	28	0	15 A	13. A	15. 7. A	14. 7. A	E	D	20	19
2919	13	7	9	6 A	4. A	6. 5. A	5. 5. A	A	G	20	19
2957	13	7	9	6. A	4. A	5. 14. A	5. 14. A	B	B	20	20
2995	13	7	9	6. A	4 A	5. 23. A	5. 23. A	D	D	20	20
3014	13	7	9	6. A	4. A	6. 16. A	5. 16. A	B	A	21	20
3033	13	7	9	6. A	4. A	6. 8. A	5. 8. A	F	E	21	20
3071	13	7	9	6 A	4 A	6. 17. A	5. 17. A	A	G	21	20
31[illegible]9	4	27	28	16. A	14. A	16. 21. A	15. 21. A	E	D	22	21
3138	4	27	28	16 A	14. A	16. 14. A	15. 14. A	B	A	22	21
3157	4	27	28	16. A	14. A	16. 6. A	15. 6. A	F	E	22	21
3[illegible]95	4	27	28	16. A	14. A	16. 16. A	15. 16. A	A	G	22	21
3209	18	1	3	12 A	10. A	11. 11. A	11. 11. A	D	D	22	22
3247	18	1	3	12. A	10. A	11. 20. A	11. 20. A	F	F	22	22
[illegible]66	18	1	3	12. A	10. A	11. 12. A	11. 12. A	C	C	22	22
[illegible]85	18	1	3	12. A	10. A	11. 5. A	11. 5. A	G	G	22	22
[illegible]	7	26	27	17. A	15. A	17. 11. A	16. 11. A	E	D	29	28
[illegible]	[illegible]8	24	26	18. A	16. A	18. 21. A	17. 21. A	B	A	34	33
[illegible]	2	28	0	15. A	13. A	15. 12. A	14. 12. A	E	D	34	33

dit. Negleximus in hac tabula Minuta horarum, aſſumpta pro illis integra hora, quando numerum 30. ſuperabant. Congeſſimus autem in hac, & ſequentibus tabellis, tam multa exempla, non tam vt errores Epactarum Scaligerianarum ob oculos poneremus, quam vt Gregorianas Epactas rectè ex Canonum præſcripto Lunas xiiij. Paſchales indicare doceremus. quod quidem liquido apparebit, ſi Lunæ xiiij. Gregorianæ cum plenilunijs medijs Gregorianis, & Scaligerianæ quartadecimæ cum medijs plenilunijs Scaligerianis conferantur.

In his omnibus annis (omiſi complures alios, quibus idem accidit. Aut enim ſatis exemplorum eſt, aut neſcio, quid ſit ſatis) tuæ Lunæ xiiij. duobus ſemper diebus noſtras præcurrunt, totidemq. fermè diebus, interdum etiam tribus, (vt in annis 2575. 2594. 2595.) ante plenilunia occurrunt. Ex quo ſequitur, ſi proximus dies inſequens eſſet Dominicus, Paſcha ſecundū tuas Epactas, et ex præſcripto Eccleſiæ (quæ ſemper eam ſolēnitatem celebrat proximo die Dominico poſt Lunā xiiij. vt non ſemel oſtendimus) celebrandū fore vno die ante plenilunium, & interdum etiā biduo. quod contra Canones, ac decreta Patrū eſſe, ne tu quidem negas, cum id ne in plenilunio quidem celebrari permittas. Immo etiamſi poſt Lunā xv. celebrandum eſſet Paſcha, (quod mordicus cū Mæſtlino tenes) tamen illud in ipſo plenilunio, quod non probas, vel etiam contra Canones, ante plenilunium celebrari poſſet. Conſtat igitur, Epactas tuas neque rectè eſſe ordinatas in Ca[lendario, neque rectè ex tua tabula indagari, cum ea[s quartædecimæ plus iuſto oppoſitiones medias ant[ecedant. Quamuis autem error hic plerunque per literam Do[mini-

mini-

minicalem currentem, quæ quartamdecimam ſæpenumero, plus biduo ſequitur, emendetur, non tamen propterea Epactæ per ſe vitioſæ exiſtimandæ non ſunt. Quid quod, ſi tuo vteremur Calendario, re ipſa non ſemel Paſcha celebraremus poſt Lunam xiiij. (quæ eſt vetus Eccleſiæ conſuetudo) ante plenilunium? Contingeret hoc in annis 1737. 1791. 1859. 1957. 2575. 2995. 3195. 3266. In his enim omnibus litera dominicalis propria ſequitur tuā Lunā xiiij. proximè, oppoſitio verò media non proximè: Et quidem anno 2575. duobus diebus Paſcha anteuerteret mediam oppoſitionem. Quòd ſi contendas, Paſcha celebrandum eſſe poſt Lunam xv. ne in plenilunium incidat, (cuius tamen rei nullum auctorem, qui aliquid in hoc negotio videat, proferre potes) effugere non poteris. quin annis 1734. 1802. 2238. 2519. 3033. 3138. 3209. Paſcha in ipſo plenilunio celebrandum exhibeas. quod ipſum etiam continget, ſi Paſcha poſt Lunam xiiij. (vt ratio poſtulat) celebretur: quia in his annis litera dominicalis biduo inſequitur Lunam xiiij. in ipſo plenilunio: ſed apud nos hoc peccatum non eſt, qui ſecundum Canones Paſcha in plenilunio celebrari poſſe ſcimus, ſed apud te, qui id negas fieri oportere. In annis porrò illis octo ſuperioribus 1737. 1791. 1859. 1957. 2575. 2995. 3195. 3266. niſi Paſcha in Luna xv. celebrandum ſtatuas, vt Canones, & decreta Patrum præſcribunt, differes illud in Lunam xxij. contra omnes Computi ſcriptores, concilia, atque canones.

SED ecce tibi alios 80. annos, in quibus maiores errores committuntur, quippe cum in ijs tuæ Lunæ xiiij. nouas anticipent tribus diebus, interdum etiam quatuor.

Anni

Anni Domini	Aureus Numerus	Epactæ Gregor anæ	Epactæ Scaligeria.	Lunæ xiiij Greg.	Lunæ xiiij Scali.	Plenilunia media ſecundum intercal. Gregor.	Plenilunia media ſecundum intercal. Scalig.	Litera Dom. Greg.	Litera Dom Scali.	Dies exempti Greg.	Dies exempti Scali.
						H. M	H. M				
1927	9	27	29	16. A	13 A	16. 8. A	15. 8. A	B	A	13	12
1946	9	27	29	16. A	13. A	16. 1. A	15. 1. A	F	E	13	12
1965	9	27	29	16 A	13. A	15. 18. A	14. 18. A	C	B	13	12
2231	9	26	28	17. A	14. A	17. 9. A	16. 9. A	B	A	15	14
2250	9	26	28	17. A	14. A	17. 2. A	16. 2. A	F	E	15	14
2546	1	27	29	16. A	13. A	16. 14. A	16. 14. A	B	B	17	17
2565	1	27	29	16. A	13. A	16. 7. A	16. 7. A	F	F	17	17
2601	18	3	6	10. A	7. A	9. 9. A	8. 9. A	D	C	18	17
2602	19	14	17	30. M	27. M	29. 18. M	28. 18. M	C	B	18	17
2603	1	26	29	17. A	13 A	17. 16. A	16. 16. A	B	A	18	17
2605	3	18	21	26. M	23. M	26 9 M	25. 9. M	F	E	18	17
2606	4	29	2	14. A	11. A	14. 7. A	13 7. A	E	D	18	17
2607	5	10	13	3. A	31. M	3. 16. A	2. 16. A	D	C	18	17
2609	7	2	5	11. A	8. A	10. 22. A	9. 22. A	A	G	18	17
2610	8	13	16	31. M	28. M	31. 7. M	30. 7. M	G	F	18	17
2611	9	24	27	18. A	15. A	19. 4. A	18. 4. A	F	E	18	17
2613	11	16	19	28. M	25. M	27. 22. M	26. 22. M	C	B	18	17
2614	12	27	0	16. A	13. A	15. 19. A	14 19. A	B	A	18	17
2615	13	8	11	5. A	2. A	5. 4. A	4. 4 A	A	G	18	17
2617	15	*	3	13. A	10. A	12. 11. A	11. 11. A	E	D	18	17
2618	16	11	14	2. A	30. M	1. 19. A	31. 19. M	D	C	18	17
2619	17	22	25	22. M	9. M	22. 4. M	21. 4. M	C	B	18	1[illegible]
2621	19	14	17	30. M	27 M	29. 11. M	28. 11. M	G	F	18	[illegible]
2622	1	26	29	17. A	13. A	17. 8. A	16. 8. A	F	E	1[illegible]	[illegible]
2629	8	13	16	31. M	28. M	30. 23. M	29. 23. M	D	C	[illegible]	[illegible]
2630	9	24	27	18. A	15. A	18. 21. A	17. 21. A	C	B	[illegible]	[illegible]
2631	10	5	8	8. A	5. A	8. 6. A	7. 6. A	B	A	[illegible]	[illegible]

Anni

Anni Domini	Aureus Numerus	Epactæ Gregorian.	Epactæ Scaligeria.	Lunæ xiiij Greg	Lunæ xiiij Scali.	Plenilunia media ſecundum interal. Gregor.	Plenilunia media ſecundum intercal. Scalig	Litera Dom. Greg.	Litera Dom. Scalig	Dies exempti Greg	Dies exempti Scalig.
						H. M.	H. M.				
2633	12	27	0	16. A	13. A	15. 1. A	14. 12. A	F	E	18	17
2634	13	8	11	5. A	2. A	4. 21. A	3. 21. A	E	D	18	17
2635	14	19	2	25. M	22. M	25. 6. M	24. 6. M	D	C	18	17
2637	16	11	14	2. A	30. M	1. 12. A	31. 12. M	A	G	18	17
2638	17	22	25	22. M	19. M	21. 21. M	20. 21. M	G	F	18	17
2639	18	3	6	10. A	7. A	9. 18. A	8. 18. A	F	E	18	17
2641	1	26	29	17. A	1[illegible]. A	17. 0. A	16. 0. A	C	B	18	17
2642	2	7	10	6. A	3. A	6. 10. A	5. 10. A	B	A	18	17
2643	3	18	21	26. M	23. M	26. 18. M	25. 18. M	A	G	18	17
2645	5	10	13	3. A	31. M	3. 1. A	2. 1. A	E	D	18	17
2646	6	21	24	23. M	20. M	23. 9. M	22. 9. M	D	C	18	17
2647	7	2	5	11. A	8. A	11. 7. A	10. 7. A	C	B	18	17
2649	9	24	27	18. A	15. A	18. 13. A	17. 13. A	G	F	18	17
2650	10	5	8	8. A	5. A	7. 22. A	6. 22. A	F	E	18	17
2651	11	16	19	28. M	25. M	28. 7. M	27. 7. M	E	D	18	17
2653	13	8	11	5. A	2. A	4. 13. A	3. 13. A	B	A	18	17
2654	14	9	22	25. M	22. M	24. 22. M	23. 22. M	A	G	18	17
2655	15	*	3	13. A	10. A	12. 20. A	11. 20. A	G	F	18	17
2658	18	3	6	10. A	7. A	9. 11. A	8. [illegible]. A	C	B	18	17
2659	19	14	17	30. M	27. M	29. 20. M	28. 20. M	B	A	18	17
2661		7	10	6. A	3. A	6. 2. A	5. 2. A	F	E	18	17
2662	3	18	21	26. M	23. M	26. 11. M	25. 11. M	E	D	18	17
2663	4	29	2	14. A	11[illegible]	14. 8. A	13. 8. A	D	C	18	17
[illegible]	6	21	24	23. M	2[illegible]. M	23. 2. M	22. 2. M	A	G	18	17
[illegible]	7	2	5	11. A	8. A	11. 0. A	10. 0. A	G	F	18	17
[illegible]	8	13	16	31. M	28. M	31. 8. M	30. 8. M	F	E	18	17
[illegible]	10	5	8	8. A	5. A	7. 15. A	6. 15. A	C	B	18	17

Anni Domini	Aureus Numerus	Epactæ Gregorianæ	Epactæ Scaligeriæ	Lunæ xiiij Greg.	Lunæ xiiij Scali.	Plenilunia media ſecundum intercal. Gregor.	Plenilunia media ſecundum intercal. Scalig.	Litera Dom. Greg.	Litera Dom. Scalig.	Dies exempti Greg.	Dies exempti Scalig.
						H. M.	H. M.				
2670	11	16	19	28. M	25. M	20. 0. A	27. 0. M	B	A	18	17
2671	12	27	0	16. A	13. A	15. 21. A	14. 21. A	A	G	18	17
2907	1	25	27	18. A	15. A	18. 16. A	17. 16. A	B	A	20	19
2918	12	26	28	17. A	14. A	16. 20. A	15. 20. A	B	A	20	19
2926	1	25	27	18. A	15. A	18. 9. A	17. 9. A	F	E	20	19
2937	12	26	28	17. A	14. A	16. 13. A	15. 13. A	F	E	20	29
2945	1	25	27	18. A	15. A	18. 1. A	18. 1. A	C	C	20	20
2975	12	26	28	17. A	14. A	16. 22. A	16. 22. A	A	A	20	20
2983	1	25	27	18. A	15. A	18. 10. A	18. 10. A	E	E	20	20
2994	12	26	28	17. A	14. A	16. 14. A	16. 14. A	E	E	20	20
3002	1	25	27	18. A	15. A	18. 3. A	17. 3. A	C	B	21	20
3013	12	26	28	17. A	14. A	16. 7. A	15. 7. A	C	B	21	20
3021	1	25	27	18. A	15. A	17. 20. A	16. 20. A	G	F	21	20
3051	12	26	28	17. A	14. A	16. 16. A	15. 16. A	E	D	21	20
3059	1	25	27	18. A	15. A	18. 5. A	17. 5. A	B	A	21	20
3070	12	26	28	17. A	14. A	17. 8. A	16. 8. A	B	A	21	20
3214	4	27	29	16. A	13. A	16. 8. A	16. 8. A	E	E	22	22
3233	4	27	29	16. A	13. A	16. 1. A	16. 1. A	B	B	22	22
3271	4	27	29	16. A	13. A	16. 10. A	16. 10. A	D	D	22	22
3290	4	27	29	16. A	13. A	16. 2. A	16. 2. A	A	A	22	22
3309	4	27	29	16. A	13. A	15. 19. A	14. 19. A	F	E	23	21
4702	10	26	28	17. A	14. A	17. 9. A	16. 9. A	E	D	34	[illegible]
4721	10	26	28	17. A	14. A	17. 0. A	16. 0. A	B	A	34	[illegible]
4759	10	26	28	17. A	14. A	17. 9. A	16. 9. A	D	C	[illegible]	[illegible]
4778	10	26	28	17. A	14. A	17. 2. A	16. 2. A	A	G	[illegible]	[illegible]
4797	10	26	28	17. A	14. A	16. 18. A	15. 18. A	E	D	[illegible]	[illegible]

In omnibus hiſce annis (alios plurimos, quibus idem euenit omiſi, ne te exemplorum multitudine obruere velle videar.) tuæ Lunæ xiiij. noſtras tribus ſemper diebus anteuertunt, totidemque ſermè diebus, & interdum etiam quatuor, (vt in annis 2546. 2565. 2603. 2611. 2622. 2945. 2983. 3214. 3233. 3271. 3290.) rarò autem duobus tantũ, ante oppoſitiones medias occurrunt. Quocirca ſi proximus dies, hoc eſt, Luna tua xv. fuerit Dominicus, Paſcha ſecundum tuas Epactas, & Canones, conſuetudinemque Eccleſiæ, celebrabitur vno, vel duobus diebus, & iuterdum etiam tribus, ante plenilunium medium. quod abſurdiſſimum eſt, atque inauditum. Quòd ſi in plenilunio celebrari non poſſet, vt tu falsò opinaris, ſed poſt Lunam xv. nihilominus, ſi dies Lunam xv. inſequens foret Dominicus, celebraretur vel in ipſo plenilunio, quod tu non vis, vel vno die, aut etiam duobus ante plenilunium, contra Canones. Vides ergo, quam perperam tuæ Epactæ ſint in Calendario collocatæ, translata Epacta 29. ex primo Aprilis in 31. Martij, &c. & quam falsò tabula tua iuſtæ periodi eaſdem ſuppeditet. Vides totam hanc tuam molem ſua ſponte labefactatam corruere. Neque hic res ſiſtit. Non ſolum Epactæ tuæ per ſe non legitimum nobis Paſcha exhibent, ſed ſæpenumero re ipſa nobis contra Canones, ac Patrum decreta celebrandum obtrudunt. Nam ſi Paſcha celebrandum ſit poſt Lunam xiiij. cycli, vt par eſt, & Canones præcipiunt, celebrabitur anno 2565. triduo ante oppoſitionem mediam: [illegible] 2650. vno die: ſimiliter & anno 2670. annis vero [illegible]. 2907. 3059. 4778. biduo. quo quid ineptius? [illegible] ſi, vt tu falsò exiſtimas, Paſcha celebrandum eſſet poſt Lunam xv. differretur eiſdem annis in Lunam xxij.

cycli. quod Canones vetant. Deinde annis 2231.2603 2630.2643.2647.2667.2945.2975.3002.3290. anteuertet Paſcha oppoſitionem mediam vno die: & quidem poſt Lunam xv. cycli: annis verò, 2610.2613. 2617.2637.2661.2671.2918.3070.4721. in ipſo plenilunio, etiam poſt Lunam xv. tuarum Epactarum celebrabitur. quod tamen ſine cauſa perhorreſcis. Porro (vide, quò progrediar) anno 2619. quo tibi Epactam eſt xxv. nullum legitimum Paſcha habebitur. cur ita? quia hæc Epacta in Martio non eſt Paſchalis, cum 6. diem Martij occupet, ſed in Aprili, ſtatuens ſuam xiiij. in 17. Aprilis. Cum ergo ſecundum tuam æquationem oppoſitio media cadat in 19. Aprilis, hor. 17. hoc eſt, in 20. diem, non erit Paſchalis, cum diem 19. ſequatur: ſed potius oppoſitio Martij incidens in diem 21. hor. 4. id eſt, in diem 22. Paſchalis erit. Cogetur ergo Scaliger eo anno Paſcha celebrare ſecundo menſe, & quidem non rectè, quod eius Luna xiiij. incidens in 17. Aprilis triduo oppoſitionem præcurrat. quod vitioſum eſt: quia ex natura ſua Paſcha poſt Lunam xiiij. poſſet celebrari die 18. ſi eſſet Dominica, duobus diebus ante plenilunium; vel (vt eius opinio fert) poſt Lunam xv. die 19. ſi foret Dominica, vno die ante plenilunium. Quanto igitur rectius noſtra Epacta XXII. eo anno, conſtituens ſuam XIIII. in 22. Martij, exhibet Paſcha in primo menſe: quippe cum oppoſitio Martij, ſecundum noſtram æquationem, fiat 22. Martij, hor. 4. nimirum poſt æquinoctium? quo quid rectiu

Nec verò ſemel hic error tuam tabulam ſequetur. enim prorſus accidet anno 2638. Nam rurſus tu cta erit XXV. cuius XIIII. Paſchalis tenet diē 17. A lis: & tamen oppoſitio Aprilis cadens in diem 19. hor.

10.

10.*non eſt idonea, cum diei* 20. *tribuenda ſit, poſt diem* 19. *& quam tua* XIIII.*triduo antecedit. Quanto igitur melius noſtra Epacta* XXII. *illius anni, collocans Lunam* XIIII. *in* 22. *Martij, Paſcha proponit, cum ex noſtra æquatione oppoſitio fiat* 22. *Martij poſt æquinoctium, ideoque ad primum menſem ſpectet? Anno autem* 1646. *tua Epacta erit* 24. *& vt vis, Paſchalis in Martio. Cum ergo plenilunium Martij tunc fiat die* 22.*hor.* 9. *hoc eſt, die* 23. *cadet tua* XV. *in* 21. *Martij, biduo præueniens plenilunium. quod non expedit, ne Paſcha celebrari poſſit ante plenilunium. At noſtra Epacta eo anno erit* XXI.*cuius* XIIII.*notatur* 23. *Martij, vno die ante plenilunium, quod nobis cadit in diem* 23. *hor.* 9. *quo quid accuratius? Videſne, quanto felicius cum noſtris Epactis, & æquatione actum ſit? Neque hic ſiſtit tuæ tabulæ error, ſed ſerpit longius. Epactam* 24. *Paſchalem ſtatuis in Martio, quod omnino nouum eſt, cum nullus ſcriptorum, aut Patrum ſeptimum diem Martij, cui appoſita eſt Epacta* 24. *intra terminos Nouiluniorum Paſchalium, quæ per cycli numeros inueſtigantur, concluſerit. quanto rectius noſtra tabula eandem Epactam reponit in Aprili? conſideremus, ſi placet, ſequentes* 16. *annos, in quibus vterque noſtrum Epactam* XXIIII. *vſurpat.*

An non vides, te in 12. *menſe, nos autem in primo Paſcha celebrare? quippe cum tua plenilunia in Martio* [...]*nia præueniant diem* 22.*Martij, ac proinde veræ Lu-* [...]*iiij. ante æquinoctij diem occurrant; noſtra autem in* [...]*li non excedant* 19. *diem Aprilis, ideoque veræ Lu* [...] *xiiij. non tranſcendant diem* 18. *Conſtat autem inter Computi ſcriptores, plenilunia Paſchalia contineri in ali-*

Anni Domini	Aur. numerus	Ep. Cal. Greg.	Epactæ calig.	Lunæ xiiij Greg.	Lunæ xiiij Scali.	Dies exēpti ſec. æquat. Greg.	Dies exēpti ſec. æquat. Greg.	Plenilunia media Paſc. ſecundum intercalationem Greg.	Plenilunia media Paſc. ſecundum intercalcatione Scali.
								D. H.	D. H.
1609	14	24	24	18.A	20.M	10	10	18. 13. A	20. 0. M
1628	14	24	24	18.A	20.M	10	10	18. 6. A	19. 17. M
1647	14	24	24	18.A	20.M	10	10	18. 22. A	20. 10. M
1666	14	24	24	18.A	20.M	10	10	18. 15. A	20. 2. M
1685	14	24	24	18.A	20.M	10	10	18. 7. A	19. 19. M
2277	17	24	24	18.A	20.M	15	15	18. 7. A	19. 19. M
2296	17	24	24	18.A	20.M	15	15	18. 0. A	19. 11. M
2429	17	24	24	18.A	20.M	16	16	18. 20. A	20. 7. M
2448	17	24	24	18.A	20.M	16	16	18. 12. A	19. 23. M
2486	17	24	24	18.A	20.M	16	16	18. 21. A	20. 8. M
3488	12	24	24	18.A	20.M	24	24	18. 12. A	20. 0. M
4156	15	24	24	18.A	20.M	29	29	18. 6. A	19. 18. M
4175	15	24	24	18.A	20.M	29	29	18. 23. A	20. 10. M
4194	15	24	24	18. A	20.M	25	29	18. 16. A	20. 3. M
4566	7	24	24	18.A	20.M	32	32	18. 22. A	20. 9. M
4585	7	24	24	18.A	20.M	32	32	18. 14. A	20. 1. M

quo 29.dierum,qui à 22. Martij incluſiue ad 19. Aprilis incluſiue numerantur. Ex quo fit, vt illa, quæ diem 22.Martij antecedunt,ad vltimum menſem,& quæ diem 19. Aprilis transgrediuntur, ad ſecundum pertinea[illegible] Videsne igitur, doctiſſime Scaliger, in hac noſtra tab[illegible] quanta ex tuis Epactis,tuoque illo Canone nouo,Nou[illegible]niorum Paſchalium ſilua errorum exiſtat? Venio nunc ad aliud genus erroris non leuius.

IN

IN ſuperioribus tabulis Lunæ xiiij. methodi Scaligerianæ Lunas xiiij. Calendarij Gregoriani anteuertunt ſemper duobus, vel tribus diebus, interdum etiam quatuor: videamus nunc ſi placet, doctiſſime Scaliger, num tua tabula in iuſta periodo tropica proponat etiam nobis aliquando Lunas xiiij. Gregorianis poſteriores. Hoc enim ſi accidet, æquatio tua omni ex parte vitioſa deprehendetur, & falſa. Conſideremus ergo inſequentes 58. annos, in quibus Scaligerianæ Epactæ Gregorianis ſunt binario minores, ac proinde Nouilunia, & quartasdecimas in Calendario per duos dies ſerius notant in Calendario, niſi quando eius Epacta eſt aliqua ex his quinque, 25. 26. 27. 28. 29. hæ enim ſolo vno die tardius ea monſtrant, cum in tuo Calendario per vnum diem ſurſum ſint promotæ.

Vbi primum vehementer miror, quid tibi doctiſſime Scaliger in mentē venerit, Nouilunia per totum biduum verſus fines menſium detrudere ab anno 3609. vſque ad annum 3745. cum ſolum vnus dies ex anno 3608. reiectus fuerit. Quippe propter vnum diem exemptum, Nouilunia per vnum diem deſcendere coguntur in Calendario, non per duos, niſi velis dicere, eadem Nouilunia ab anno 2477. ad annum 3609. quæ duobus diebus ab eius Epactis citius notabantur, falſa fuiſſe, quod non arbitror te dicturum, ne tua tabula iuſtæ periodi tropicæ funditus corruat. Iam nihilominus mirabile mihi videtur, quod in annis deinde 132. proximè inſequentibus, hoc eſt, ab anno 3745. ad annum 3877. eadem Nouilunia rurſus per duos dies verſus menſium initia retro agas. Nā ...er diem ex anno 3744. ablatum, ſi Luna non egeat ...atione, per diem deſcendere deberent Nouilunia, non autem per biduum aſcendere: ſi verò æquatione egeat, in

Anni Domini	Aureus Num.	Epactæ Greg.	EpactæScalig.	Lunæ xiiij Greg.	Lunæ xiiij Scali.	Dies exempti iuxta vtriuſq; intercalcat.	Plenilunia media iuxta vtriuſque intercalcationē	Literæ Dom.
							D. H.	
3609	19	11	9	2. A	4. A	25	2. 7. A	D
3612	3	15	13	29. M	31. M	25	29. 22. M	AG
3613	4	26	24	17. A	20. M	25	17. 19. A	F
3616	7	9	27	14. A	15. A	25	14. 11. A	CB
3617	8	10	8	3. A	5. A	25	3. 19. A	A
3620	11	13	11	31. M	2. A	25	31. 11. M	ED
3621	12	24	22	18. A	22. M	25	12. 8. A	C
3622	13	5	3	8. A	10. A	25	8. 17. A	B
3624	15	27	25	16. A	17. A	25	15. 23. A	GF
3625	16	8	6	5. A	7. A	25	5. 8. A	E
3626	17	19	17	25 M	27. M	25	25. 17. M	D
3628	19	11	9	2. A	4. A	25	1. 23. A	BA
3632	4	26	24	17. A	20. M	25	17. 12. A	DC
3633	5	7	5	6. A	8. A	25	6. 21. A	B
3636	8	10	8	3. A	5. A	25	3. 12. A	FE
3637	9	21	19	23. M	25. M	25	23. 21. M	D
3638	10	2	0	11. A	13. A	25	11. 18. A	C
3640	12	24	22	18. A	22. M	25	19. 1. A	AG
3641	13	5	3	8. A	10. A	25	8. 9. A	F
3642	14	16	14	28. M	30 M	25	28. 18. M	E
3644	16	8	6	5. A	7. A	25	5. 1. A	CB
3645	17	19	17	25. M	27 M	25	25. 9. M	A
3647	19	11	9	2. A	4. A	25	2. 16. A	F
3648	1	23	21	21. M	23. M	25	22. 0. M	ED
3649	2	4	2	9. A	11. A	25	9. 21. A	C
3652	5	7	5	6. A	8. A	25	6. 13. A	G
3653	6	18	16	26. M	28. M	25	26. 22. M	[illegible]
3656	9	21	19	23. M	25. M	25	23. 13. M	BA
3657	10	2	0	11. A	13. A	25	11. 11. A	G

Anni Domini	Aureus Num.	Epactæ Greg	Epactæ Scalig.	Lunæ xiiij Greg	Lunæ xiiij Scali.	Dies exempti iuxta vtriuſq; intercalcat.	Plenilunia media iuxta vtriuſque intercalcationem	Literæ Dom.
							D. H.	
3658	11	13	11	31.M	2.A	25	31. 20. M	F
3660	13	5	3	8. A	10.A	25	8. 2.A	D C
3661	14	16	14	28.M	30.M	25	28. 11.M	B
3663	16	8	6	5.A	7.A	25	5. 17.A	G
3664	17	19	17	25.M	27.M	25	25 2.M	F E
3666	19	11	9	2.A	4.A	25	2. 8. A	C
3668	2	4	2	9.A	11.A	25	9. 15. A	A G
3669	3	15	13	29.M	31.M	25	29. 23.M	F
3672	6	18	16	26.M	28.M	25	26. 15.M	C B
3674	8	10	8	3.A	5.A	25	3. 21. A	G
3676	10	2	0	11.A	13.A	25	11. 3. A	E D
3677	11	13	11	31.M	2.A	25	31. 12.M	C
3678	12	24	22	18.A	22.M	26	19. 10.A	B
3679	13	5	3	8. A	10. A	25	8. 19.A	A
3680	14	16	14	28.M	30.M	25	28. 3.M	G F
3682	16	8	6	5.A	7.A	25	5. 10.A	D
3683	17	19	17	25.M	27.M	25	25. 19.M	C
3684	18	*	28	13.A	14.A	25	12. 16. A	B A
3685	19	11	9	2.A	4.A	25	2. 1. A	G
3688	3	15	13	29.M	31.M	25	29. 16.M	D C
3690	5	7	5	6. A	8. A	25	6. 22. A	A
3692	7	29	27	14.A	15.A	25	14. 5.A	F E
3663	8	10	8	3.A	5.A	25	3. 14.A	D
3694	9	21	19	23.M	25.M	25	23. 22 M	C
3695	10	2	0	11. A	13.A	25	11. 20. A	B
[illegible]6	11	13	11	31.M	2.A	25	31. 5 M	A G
[illegible]	12	24	22	18. A	22.M	25	19. 2. A	F
[illegible]98	13	5	3	8. A	10.A	25	8. 11.A	B
3699	14	16	14	28.M	30.M	25	28. 20.M	D

eodem die perſiſtere, vt ratio Nouiluniorum exigit, & fuſius à nobis in Apologia lib. 2. cap. 4. ſcriptum eſt. Quòd ſi in hiſce 132. annis Nouilunia rectè notantur, neceſſe eſt, eadem in antecedentibus 136. annis falsò biduo ſerius indicata fuiſſe. Cæterum video, te rationem non habuiſſe æquationis anni ſolaris, ac Lunaris, in Nouilunijs collocandis, ſed ſolum Neomeniarum Iudaicarum. quæ tibi omnium malorum cauſa fuit, vt partim docuimus, partim mox docebimus. Examinemus ergo tuas Lunas XIIII. harum enim maior ratio habenda eſt, quam Nouiluniorum, propter Paſchæ ſolennitatem, te ipſo etiam auctore.) eaſque cum quartisdecimis Gregoriani Calendarij conferamus, vt ſtudioſus lector cognoſcat, quanto rectius, aptiuſque Epactæ in Calendario Gregoriano collocatæ ſint, earumque æquatio inſtituta, quam in Scaligeriano. Id quod in præcedenti tabula præſtitimus. Vbi perſpicuè cernitur, Lunas XIIII. Calendarij Gregoriani ſemper vno die anteuertere oppoſitiones medias; quemadmodum & in ſuperioribus tabulis. quo quid iuſtius hoc in negotio excogitari poteſt? Lunas autem XIIII. Scaligeri ſubſequi ferè ſemper oppoſitiones medias duobus diebus. quo quid magis alienum à recta Paſchatis celebratione poteſt afferri? Hinc fit, vt omnibus proximæ tabulæ annis Paſcha ex præſcripto Calendarij Gregoriani ritè, ac legitimè agatur; Dominica videlicet proxima poſt Lunam XIIII. vt Canones, præcipiunt: ex methodo autem Scaligeri, plerunque in quarta hebdomada, nimirum Lun[a] XXII. XXIII. & XXIIII. quod Canones nullo mod[o] [...]tiuntur. Exempli cauſa. Anno 3609. Gregoria[num] Calendarium exhibet Paſcha die 5. Aprilis, Domin[ica] ſcilicet proxima poſt Lunam XIIII. At Scaligerianum

Paſcha

Paſcha reijcitur in 12. Aprilis, hoc eſt, in proximam Dominicam poſt eius Lunam XV. ac proinde in Lunam XXIIII. eoque amplius; cum Luna XV. ſiue oppoſitio occurrat die fermè 3. Similiter anno 3612. Paſcha Gregorianum fiet prima die Aprilis, at Scaligerianum die 8. Aprilis. Luna XXIIII. Idemque de plurimis alijs annis eiusdem tabulæ dicendum eſt.

DEINDE annis 3613. 3621. 3632. 3640. 3678. 3697. ex Scaligeriana methodo celebrabitur Paſcha in vltimo menſe, cum in illis plenilunium medium contingat non poſt æquinoctium, ſed ferè ſemper ante, vt hæc ſubiecta tabella docet. qui ſanè excuſari non poteſt, quo minus grauiſſimus error cenſeatur.

Anni Domini	Aur. num.	Epact. Scal.	Lunæ xiiij Scaliger.		Plenilunia media D. H.	Menſ.	Paſcha Scaligeri poſt eius Lunam xv		Litera Dominicalis
3613	4	24	20.	M	19. 7.	M	24.	M	F
3621	12	22	22.	M	20. 19.	M	28.	M	C
3632	4	24	20.	M	18. 7.	M	28.	M	D C
3640	12	22	22.	M	20. 12.	M	25.	M	A G
3678	12	22	22.	M	20. 21.	M	27.	M	B
3697	12	22	22.	M	20. 14.	M	24.	M	F

Sed fortaſſe dices. Quid? Veſtra methodus omnemne vitat errorem? Fateor in annis 3621. 3678. 3697. oppoſitiones medias Aprilis ex noſtra intercalandi ratione, tingere die 19. paulo poſt meridiem, vt ex ſuperiori ta- a conſtat; ita vt ad ſecundum menſem videantur per- nere, non ad primum: Veruntamen cum oppoſitiones mediæ menſe Martio æquinoctium anteuertant, ac proinde

inde ad primum menſem pertinere nequeant, rectius pro Paſchalibus oppoſitionibus aſſumuntur in Calēdario Gregoriano illæ, quæ menſe Aprili occurrunt: propterea quod minus eſt peccatum celebrare Paſcha in ſecundo menſe, quam in vltimo, cum hoc nominatim prohibitum ſit, illud liceat. Atque hic error (ſi error dicendus eſt, qui vitari non poteſt) non accidit ex cycli vitio, ſed quia in prædictis annis nulla oppoſitio media incidit in aliquem 29. dierum à 22. Martij incluſiuè ad 19. Aprilis incluſiuè, qui ſoli Pleniluniijs Paſchalibus deſtinati ſunt: adeo vt neque oppoſitio in Martio, neque in Aprili, Paſchalis exiſtat, ſed illa ad vltimum menſem, hæc vero ad ſecundum pertineat. Quare cum earum altera ſit aſſumenda, ſi Paſcha illis annis celebrare velimus; erit potius, vt diximus, eligenda oppoſitio menſe Aprili, quam Martio. Vides igitur, doctiſſime Scaliger, tuam illam præclaram methodum Neomeniarum Iudaicarum vitio iacere. Quod ſi te non mouet, vt eam oderis, ames licet ſine riuali.

TRIA ex ijs, quæ dicta ſunt, liquidò conſtare arbitror. Primum, quòd Scaliger (quod in tam ingenioſo viro permirum eſt) in hac caſtigatione ſua nihil omnino noui nobis obiecit, nihil admodum attulit, quod non tanto ante in conuentu de emendatione Calendarij prouiderimus, nihil denique, quod nos ipſi non iuſtiſſimis de cauſis reiecerimus. Deinde quod Calendarium à Scaligero propoſitum, vnà cum eius tabula æquationis in iuſta periodo tropica, non vnum vitium, ſed plurima, eaque non leuia contineat. Poſtremò quod Gregorianum Calendari[um] iniuria à Scaligero, & alijs reprehenditur: quippe cum i[n] eo æquatio tam anni Solaris, quam Lunaris, vnà cum Epa

ctarum

& arum diſtributione, ita inſtituta ſit, vt omnia medijs motibus perbelle reſpondeant. quod in Calendario Scaligeri non cernitur. Declarant id ſuperiores tabulæ, in quibus oppoſitiones mediæ Paſchales ad multa annorum millia ſupputatæ ſunt, quæ quidem Lunis quartisdecimis Calendarij Gregoriani mirifice congruunt, ab illis vero, quas Scaltgeri Calendarium exhibet, multis modis diſſident: propterea quod quartædecimæ ipſius oppoſitiones medias plus æquo, vel anteuertunt, vel ſubſequuntur, noſtræ autē quartædecimæ ferè ſemper plenilunia media vno die antecedunt. quod Canonibus, & Computi ſcriptoribus mirum in modum congruit. Non eſt igitur, quod Scaliger tantopere de ſuo Calendario glorietur, idq. orbi Chriſtiano vniuerſo quaſi diuinam quandam regulam, ac munus cæleſte proponat. Interim tamen ingentes ei gratias & agimus & habemus. quia eius caſtigatiò occaſionem nobis præbuit Calendarij Gregoriani Aſtronomico plurimorum annorum calculo illuſtrandi. Qua ex re fiet, vt intelligant vniuerſi, omnia in eo recte eſſe diſpoſita, nullaque in re (quantum cycli natura patitur) ab ijs, quæ concilia, Patres, Canones, & Computi ſcriptores decreuerunt, diſſentire. Porrò hæc tam accurata Scaligeri acutiſſimi pariter doctiſſimique viri caſtigatio magnam nobis ſpem facit, neminem poſt hac fore, qui Gregorianum Calendarium vlla labefactet ex parte, aut aliquid melius afferat; cum tantus ille vir non potuerit; qui vnus propemodum ex omnibus poſſe videbatur. Sed de his hactenus: ad Scaligeri perorationem veniamus.

SCALIGER.

AMPLECTAMVR igitur hanc emendatiſsimam formam: biſſexta æquabiliter tollantur alternis 132. 136. annis: Epactæ ordine ſuo in Calendario collocentur, idque à Calen-

a Calendis Martij, non à Calendis Ianuarij, vt exemplar Calendarii, quod dedimus, docet: neque binæ Epactæ in vnam cellam concolores, vel diſcolores ſtipentur: neque xxix. Epacta pro Epacta xxviii. in Calendis Aprilis annotetur: neque poſt vnicam Epactam Epacta ✱ ex continenti ſubiiciatur in omnibus menſibus, cùm alternis tantùm ſyzygiis hoc faciendum ſit. Si hoc ita, vt diximus, ritè & ordine fiat: non ſolum nulla reprehenſio, ſed etiam maxima laus in auctores anni redundabit.

CLAVIVS.

a *VNDENAM iſte* θεὸς ἐκ μηχανῆς ἐπιφανεὶς, *qui inexplicabilem veluti tragædiæ nodum ſua auctoritate diſſoluit? Næ ille ſi cognouiſſet ea, quæ paulò ante docuimus, longè aliter cenſeret. Nam & mendoſiſſimam (auctoris pace dixerim) hanc formam eſſe, & biſſextiles annos non ſolum facilius, verumetiam rectius per centurias annorũ in Calendario tolli: & Epactas non poſſe melius, quàm in Gregoriano Calendario ſunt, collocari, & quidem initio facto à Ianuario, non autem a Martio: denique binas interdum Epactas concolores, vel diſcolores, in vnam cellam non temerè ſtipari, planum fecimus. Quocirca cum omnia ritè & ordine facta ſint, ex hac Scaligeri caſtigaiione non ſolum nulla reprehenſio, ſed etiam maxima laus in auctores Calendarij redundauit.*

SCALIGER.

b TOLLANTVR igitur vitia. Faceſſamus ab omni puerili velitatione, & id, quod in manu eſt, agamus. Omnibus in eam rem incumbendum eſt. Omnium enim intereſt, Quamdiu in forma recepta inerũt, quæ reprehendas, (ſunt autem nimium quantum multa) qui ea adhuc [illegible] vtuntur, cur non vti debeant, ſemper allegare poteru[illegible] Quòd ſi emendata proponatur, nihil cauſæ eſt, cur non omnibus recipiatur, cum Iuliana, quæ adhuc in multis Europæ partibus hæſit, vitio non careat.

CLA-

CLAVIVS.

b QVID faceres, mi Scaliger, aut diceres, ſi tot tantaq; in noſtro Calendario vitia deprehendiſſes, quot quantaq; nos in caſtigatione notauimus tua? Sed tamẽ rectè mones. tollantur vitia, quæ certè tolli non poſſunt, niſi methodus à te inuenta tollatur. Faceſſamus ſanè ab omni puerili velitatione. quod nunquàm profectò faciemus, niſi tua caſtigatio faceſſat. Denique quod in manu eſt, vt Gregorianum Calendarium orbis terræ conſenſu comprobatum ſequamur, id agamus. Nimirum omnibus in eam rem incumbendum eſt. Omnium enim intereſt, vt tu præclarè mones. Etenim cum iam conſtet, in forma recepta nihil omnino eſſe, quod iure reprehendatur, qui ea adhuc non vtuntur, cur vti non debeant, poſthac allegare non poterunt. Nam cum ſatis ſuperquè emendata proponatur, nihil cauſæ eſt, cur non ab omnibus recipiatur: cum Iuliana, quæ adhuc in multis Europæ partibus hæſit, vitio non careat; illã autem, quam vir doctiſſimus, atque ingenioſiſſimus Ioſephus Scaliger propoſuit, multis magniſque vitijs non vacare, ſatis appareat. quamquàm Saxones, Anglos, Danos, alioſque populos nonnullos, à recipiendo Calendario Gregoriano haud ſane illa cauſa retardauit, quod vitioſum eſſe cenſerent, ſed hæreſis, & odium Romani Pontificis. Calendarium igitur placet, auctor diſplicet. Nec dubito, q uin libentiſſimis animis recepturi eſſent, ſi id pro Pontifice Cæſarem haberet auctorem. Vidi ego ſcriptum quoddã Kem[...]cij hæreſiarchæ ad Landtgrauium Haſſiæ virum Mathe[...]cis egregiè excultum, vbi Calendarium haud obſcu rè [...]mendat, aitque dignum eſſe, quod reciperetur, niſi à Pontifice Romano eſſet profectum. Miſeret me iſtorum, qui quam rem propter auctorem maxime probare debe-

rent, eam per ſe probatam improbant ſolummodo propter auctorem, ac tanquam contumaces filij odio optimi parentis, malunt paternis donis carere, quam frui. ita dum videntes ac volentes detrimentum capiunt, vnde emolumentum percipere cum alijs poſſent, vel ipſorum iudicio ſuæ ſtultitiæ, ac pertinaciæ pretium ferunt.

SCALIGER.

a HAEC autem, quam propoſuimus, elegantiſſima, emendatiſsima, tutiſſima, parabiliſsima ſit.

CLAVIVS.

a Credimus, an qui amant, ipſi ſibi ſomnia fingunt?

NEQVE enim ego video, qui elegantiſsima ſit iſta ratio, quam anni vel ſolaris, vel Lunaris æquatio perturbata deformat: aut emendatiſſima, quæ, vt oſtendimus, vitijs eſt cumulata: aut tutiſſima, quæ in fraudes explicabiles inducit: aut denique parabiliſſima, quæ propter inconſtantiam tabularum, quibus nititur, innumerabiles habet difficultates. At vero ea, quam nos propoſuimus, talis profecto eſt, vt minimè dubitem, quin iam tibi quoque, vt ceteris, & elegantiſſima, & emendatiſsima, & tutiſſima, et parabiliſsima videatur. Quod ſi adhuc tuæ te methodi forma delectet; licebit eam ſolus ames, me certe aut quenquam qui ſapiat, æmulum non habebis.

SCALIGER.

b OBSECRO igitur eos, ad quos hæc emendare pertinet, vt abdicato omni odio, & omni querela, aut hanc formam admittant, aut meliorem comminiſcantur.

CLAVIVS.

b *DESINE obſecrare, mi Scaliger. Abdicato e[...] omni odio, & iniuſta querela, tuã iſtam formã atte[...] conſideratã admittere nullo modo poſſumus. Nõ negam[...] nos errare potuiſſe. homines enim ſumus. Sed ſi quid certi*

eſt in

eſt in rebus humanis,nos hac in re non erraſſe confidimus. Veriſimilius quippe eſt, vnum in re ſua falli ac decipi, quam multos iudicio non inferiores in aliena. Sane Lilianam methodum,vel ex huius tuæ formæ comparatione optimam eſſe comperimus; vt nihil attineat comminiſci (quod fieri non poſſe arbitror)meliorem.

SCALIGER.

c NOSTRA enim non venditamus.Hoc vnū,vt vitia tollantur,poſtulamus,contendimus,etiam atque etiā oramus.

CLAVIVS.

c NEC verò nos venditamus noſtra,ſed ea priusquam ederentur in vulgus, omnibus orbis Chriſtiani nobilibus Mathematicis examinanda propoſuimus. quod teſtatur Compendium Calendarij ad Principes, & Reſpublicas transmiſſum. Gregorius autem Pont. Max. ex illorum ſententia, communique omnium conſenſu nouum Calendarium ſanxit. Hoc vnum, vt (quoniam vitia ſublata ſunt) diſcordia tollatur,poſtulamus, (vt tuis verbis vtar) contendimus, etiam atque etiam oramus.

Hæc habui, quæ non tam aduerſus hunc Elenchum, ſiue caſtigationem Calendarij Gregoriani, quam pro Calendario Gregoriano,ac veritate ſcriberem. Oro, obteſtorque Scaligerum virum ingenio, doctrinaq. præſtantem, ne aliter ea accipiat, quam à me dicta ſunt. Equidem nihil omnino dixi eo animo, vt de eius fama, cui conſultum volo, detraherem, ſed potius, vt hominem non minus induſtrium,quam ingenioſum,amicè,vt initio diximus, admo-[...]em,ne alios præ ſe fœnum putet eſſe oportere. neu fre-[...]ngenio, quo plurimum poteſt, præcipitem ſe ferri ſi-[...]: contraque ad veri, rectique patrocinium præclara il-[...]aturæ, doctrinæque præſidia conuertat. Veritas in-

terdum

terdum aliquantò me liberiorem in dicendo fecit, non nego. Habent hoc literarum ſtudia, ac diſputationes, vt ſine ardore animi, & acrimonia quadam tractari pro dignitate non poſſint: præſertim cum veritas aduerſus calumnias defendenda ſuſcipitur. Quod ſi hominem refellere magis, quam veritatem tueri, propoſitum nobis fuiſſet, longè aliter hoc negotium tranſegiſſem. Sed quoniam veritatem ipſe ſolā quæſiuiſſe in hoc Elencho præ ſe tulit, contentus fui & ego fallaces contra veritatem argumentationes refellere, ac profligare. Neque enim vereor, ne talis, tantuſque vir, excuſſa errorum caligine, contentionis cupidior futurus ſit, quam veritatis: præſertim cum humanum ſit errare, errorem agnoſcere & emendare, ſapientis. Nec vero Scaliger hoc ſuo conatu nullam (mea quidem ſententia, niſi quod in eo modeſtiam deſidero) laudem ingenij tulit, vel quod in magnis & voluiſſe ſat eſt, *vel quod Gregoriani Calendarij cauſam oppugnando illuſtriorem reddidit, atque meliorem.*

F I N I S.

Ego Claudius Aquauiua Societatis Ieſu Præpoſitus Generalis opuſculum P. Chriſtophori Clauij aduerſus Ioſephi Scaligeri Caſtigationem Calendarij Gregoriani, à quatuor Societatis noſtræ Theologis, ac Mathematicarum peritis recognoſci atque approbari curaui. Quod propterea etiam approbo, vt imprimi poſſit, ſi ita placuerit Reuerend. D. Vicegerenti, ac Reuerendiſſ. Patri Magiſtro Sacri Palatij. Dat. Romæ. Die 6. Iulij 1595.

Claudius Acquauiua.

Vidi & perlegi ex commiſſione admodum R. P. F. Petri à Saragoza pro Magiſtro Sacri Palatij examen Chriſtophori Clauij Bambergenſis è Societate Ieſu doctiſſimi Mathematici, in Ioſephi Scaligeri elēchum & Caſtigationem anni Gregoriani, in quo multa quæ iuuent, nihil quod offendat re[...] ſimul cum modeſtia, & pietate Chriſtiana ſingulari. Romæ, 1595. D[...] lendarum Iuliarum xij.

E. Alfonſus Cia[...]

BIBLIOTECA PUBLICA LERIDA

ſil. [illegible] *num.*10. *Crabeta conſ.*70.*n.*13. *Celſ.*
Hu [illegible] *num.*4. *Menoch.conſ.*87.*num.*61. *& cõſ.*
250.*nu.* [illegible]6. *Decian.conſ.*38.*num.*23. *Caſar Bartius*
*deciſ. Bononienſ. deciſ.*96.*num.*30. *Peregrin. de fidei-*
*commiſſ.art.*40.*num.*59. ibi: *Amplius conceſſa poteſta-*
te diſponendi de re aliqua inteſtatus decedens videtur
de ea diſpoſuiſſe inuenientes abinteſtato, leg. conficiun-
tur 8.*de iur.codicil.*

Ni obſta el dezir, que haziendo eſpecial mencion del reſiduo, parece que ſe limitò al heredero la facultad, obligandole a que expreſſamẽte declaraſſe, ſi auia, ò no reſiduo: Porque ſe reſponde, que el teſtador grauò al heredero, en caſo que no hiziaſſe [illegible] nacio[illegible]

303
XXVI
536